¶ Dominica prima aduentꝰ. Euāgelium ſm Matheum. xxi.

In illo tempore. Cum appropinquaſſet iheroſolimis. ⁊ veniſſet betphage ad montē oliueti. Tūc miſit duos diſcipulos ſuos dicēs. Ite in caſtellum qḋ ꝯtra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinā alligatā. et pullum cum ea. ſoluite ⁊ adducite mihi. Et ſi quis vobis aliq̄d dixerit: dicite: qꝛ dominꝰ hijs opus habet. ⁊ cōfeſtim dimittet eos. Hoc autꝫ totum factū eſt. vt adimpleret̄ quod dictum eſt per ꝓphetam dicētem. Dicite filie ſyon. Ecce rex tuꝰ venit tibi manſuetꝰ ſedēs ſuper aſinam ⁊ pullū filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli fecerūt ſicut precepit illis iheſus. Et adduxerūt aſinam ⁊ pullum et impoſuerūt ſuꝑ eos veſtimēta ſua et eum deſuper ſedere fecerūt. Plurima autem turba ſtrauerūt veſtimenta ſua in via. Alij autem cedebant ramos de arboribꝰ: ⁊ ſternebāt in via turbe autem que p̄cedebāt ⁊ que ſequebātur clamabant dicētes. Oſanna filio dauid benedictꝰ qui venit in nomine domini.

¶ Incipit poſtilla ſuꝑ euāgelia: ⁊ p̄mo dominicalia ſm ſenſum litteralē iuxta cōcordātias euāgeliſtaꝝ

¶ Super euangelio prime dominice aduentus. Poſtilla

Cum appropinquaſſꝫ iheroſolimis. Math. xxi. Mar. xi. Luce. xix. Joh. xij. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt Anno. xxxiij. xiij. kal̄. aprilis. dn̄ica luna. x. indictiōe. vi. Ante initiū hodierni euāgelij habet̄ Joh. xij. ꝙ ante ſex dies paſce. i. ſabbato ante diē palmaꝝ. xp̄s venit bethaniā. qḋ eāt caſtellū marthe ⁊ marie magdalene. diſtās a iheruſalem per duo parua miliaria. q̄ faciunt vnum dimidium miliare apud nos ſcꝫ in ꝑtibꝰ almanie. vbi fecerūt xp̄o cenam. ⁊ martha miniſtrabat. Lazarꝰ vero erat vnꝰ ex diſcumbentibus. Maria magdalena aperuit pixidem de alabaſtro vnguēti nardum ſpicati p̄cioſi. ⁊ vnxit caput ⁊ pedes domini. Cōuenerūt autem bethaniam multi. nō tantum ꝓpter iheſum. ſed vt lazarum viderēt reſuſcitatū. Cogitauerūt autꝫ principes ſacerdotum. vt ⁊ lazarum īterficerēt. quia multi ꝓpter illum abibāt ex iudeis ⁊ credebāt in iheſum. ſequēti vero die ſcꝫ in die palmaꝝ. mane facto xp̄us de bethania receſſit vt veniret iheruſalem. Cum autem appropinquaſſet iheroſolimis ⁊ veniſſent betphage. Ly. que erat villa parua in deſcenſu montis oliueti verſus iheruſalem. ⁊ erat ſacerdotum. qꝛ licet ſacerdotes non haberent hereditates ad colendum. habebāt tamen domos ad animalia nutriēda. ad montem oliueti. qui diſtat a iheruſalem mille paſſus qui faciūt vnū miliare. id ē iter ſabbati habēs. vt patet Actu. p̄. Tunc miſit duos de diſcipulis ſuis. qui fuerunt petrꝰ ⁊ philippus. vt dicit Ambroſiꝰ. ⁊ Criſoſtomꝰ. ⁊ eciam Hilarius. dicēs. Ite in caſtellum. id eſt ad iheruſalem que erat ſita ad radices alterius montis ſcilicet ſyon. qḋ eſt contra vos. id eſt vobis ex oppoſito. Hic eciam dicitur ꝙ dominꝰ noſter iheſus chriſtꝰ preuidebat contradictionem futuram in iheruſalem cōtra apoſtolos: quia poſt aſcēſionem chriſti iudei perſequebantur apoſtolos ⁊ flagellabāt eos omnes ſimul ⁊ prohibuerūt ne ampliꝰ predicarent populo in hoc nomine. Reſpōdit petrus. Oportet deo plus obedire ꝙ hominibꝰ. Act. v. Vñ in ps. liiij. Iniquitatē ⁊ ɔtradictionē vidi in ciuitate. ⁊ ſtatim inuenietis aſinā alligatā et pullū cū ea. ad litterā dr̄ ꝙ i ihr̄l'ʒ erāt aſina dīs ɔputata dibʒ vſibꝰ pauperū qui nō poterāt hr̄e iumēta ⁊ erāt ante domū cuiuſdā ligata vel i ɔmuni loco vt qui ea indigebat die q̄ habebat eā ei pabulū dabat. pullꝰ aūt eius nutriebat' ad eoſdē vſus Et hoc ſm Ihero. ⁊ raba. Soluite ⁊ adducite mihi. Et ſi q̄s vobis aliq̄d dixerit. ſcʒ ipedire volens. dicite q2 dñs hijs opꝰ habet. ⁊ cōfeſtim. i. ſine cōtradictione. dimittet eos. vñ Criſ. vtus xp̄i apparuit corā eo. i. cuſtodes illoꝝ aīaliū ad dandū ignotis Hoc aūt factū eſt vt ipleret' qd̄ dictū eſt ꝑ ꝓphetā dicentē Zachie. ix. dicite filie ſyō Ly. Hoc ē ciuitati ihr̄l'm q̄ dicebat' filia ſion q2 in mōte ſion erat fortalicium ciuitatis ⁊ ꝓtegebat' ciuitas ab illa parte ſicut filia a matre. ecce rex tuꝰ. i. xp̄s. venit tibi māſuetꝰ ſedēs ſup aſinā ⁊ pullū filium ſubiugal'. ꝑmo em̄ ſedit ſup pullū q2 tū nō erat domitꝰ q2 nondū fuerat applicatꝰ humanis vſibꝰ. vt dr̄ Mar. xi. ⁊ Luce. xix. ideo ſedit poſtea ſup aſinā. Hoc aūt factum ē in figura q2 ꝑ pullū ſignificat' ꝑpl's gētilis q̄ nō fuerat ſubiectus iugo legis. ꝑ aſinā vero ꝑpl's iudaicus qui laborauerat ſub lege. Ad hoc aūt veniebat xp̄s in mundum vt vtrūqʒ populū ſubiugaret ſibi ꝑ fidē catholicā. Notādū aūt ꝙ huic facto adhibet' ꝓphete zacharie teſtimoniū vt appareat dñm iheſū oīa q̄ de ipſo ſūt ſcripta cōpleuiſſe ʒ ſcribe ⁊ phariſei cecati malicia nō intellexerūt q̄ legerūt. Et iſtud dictū ꝓphetie extendit ad duplicē aduentū xp̄i ſcʒ ad aduentū in carnē ⁊ ſic legit' hoc euāgeliū in ꝑma dñica aduētꝰ ſm rubricā ordīs p̄dicatoꝝ. ad aduētū in ihr̄l'm et ſic legit' in dominica palmarum. Euntes autē diſcipuli fecerūt ſicut precepit illis iheſus ⁊ adduxerūt aſinam ⁊ pullum ⁊ impoſuerūt ſup eū veſtimēta ſua ⁊ eum deſuper ſedere fecerūt. hec fuit reuerētia quā diſcipuli xp̄o exhibuerūt q2 nō ꝑmiſerūt eum equitare ſuper nudo ſed ei loco ſelle veſtimēta ſua impoſuerūt. plurima autem turba ſtrauerūt veſtimenta in via. ſcʒ ſub pedibꝰ aſine ne offenderet ad lapidem. Et etiam hoc factum eſt ipſi xp̄o a populo in ſignum reuerētie. Alij autē cedebāt ramos de arboribꝰ ⁊ ſternebāt in via. quod erat alacritatis ⁊ gaudij ſignum. vt dicit Iheronimꝰ. Et eſt veriſimile ꝙ de omni genere pulcraꝝ arborum ⁊ precipue oliuaꝝ. Vnde eccleſia cantat. Pueri hebreorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino claman. ⁊ c̄. Cantat etiā de floribus et palmis. Occurrūt turbe cum floribus ⁊ palmis. In illa enim calida regione tūc arbores citiꝰ florent. Ideo eſt credibile ꝙ pulcriores frondes cū floribꝰ ſuis vel etiam flores alios de terra carpebāt pre amenitate ⁊ iocūditate oſtendēda. turbe autem que precedebāt ⁊ q̄ ſeq̄bant' clamabāt dicentes. Oſanna filio dauid. cum em̄ xp̄us eſſet in deſcenſu montis oliueti auditum eſt iheroſolimis de aduentu eius. ⁊ tunc turba multa que cōuenerat ad diem feſtum proceſſit ei obuiam. quia audierant miraculum de ſuſcitatione lazari. Multa etiam turba comitabantur eum de bethania veniendo. ⁊ ſic omnes ſimul ſcilicet obuiantes ⁊ comitantes fecerunt ei reuerentiam clamantes ⁊ dicentes. Oſanna filio dauid. Oſanna interpretatur. obſecro domine ſaluum me fac. Filio dauid. id eſt per filium dauid. ſcilicet chriſtum. Benedictꝰ qui venit a domino deo miſſus .i. nomine domini. Unde pſ. Narrabo nomen tuū fratribꝰ meis. ¶ Item ſm marcum turbe adhuc adiunxerūt ſecundā laudem dicētes. Benedictum regnū patris noſtri dauid. q. d. Benedictum regnū patris nr̄i dauid qḋ reſtitutū eſt nūc in aduētu tuo. Itē ſm lucam. terciā laudem. addiderūt dicētes pax de celis ⁊ gloria in excelſ. Item ſm iohānem. quartam laudē addiderūt dicentes. Benedictꝰ rex iſrl̄ qui venit in nomine domini. Et ſic receperūt eum omnes turbe tanq̄ regem. Circa pn̄s euangelium vbi dicit̄. Ecce rex tuꝰ venit tibi manſuetus. eſt diligēter ſciēdum ꝙ aduentus xp̄i deſiderabatur a ſuperioribꝰ. ſcȝ ab angelis vt reſtaurent̄. Nam ꝑ incarnationem filij dei ſedes demonū cadētium ſūt implete. Item deſiderabat̄ ab inferioribꝰ ſcȝ a ſanctis patribus de limbo vt inde extraherent̄: q̄ ibi detinebant̄ captiui qui per aduētum filij dei ſūt liberati. vtȝ Zach. xi. tu autem in ſanguine teſtamēti eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua ⁊c̄. Item deſiderabatur a modernis qui ꝓ nunc erāt in medio id eſt in mūdo vt in eius fide ⁊ merito ſaluarent̄. nō deſcendēs teamplꝰ in infernum. qꝛ poſt eius aduentum celum aſcendūt omnes qui credunt in ipſum in vita glorie permanſuri. vt patet Ioh. iij. Sic deꝰ dilexit mūdum vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit i ipſum nō pereat ſed habeat vitam eternam.

¶ Item diligēter notādum ꝙ totū tempus ante aduētum xp̄i fuit tempus rigoris ⁊ iuſticie. Nam deꝰ in eo magnam iuſticiam exercuit vt patȝ in lucifero ⁊ angelis eius quos ꝓpter motum vnū ſuperbie de celo ꝓiecit. Iſa. xiiij. Item patȝ in ꝑmis parentibus quos ꝓpter vnum pomū vetitū qḋ comederūt de paradiſo eiecit. Gene. iij. Idem patet in diluuio: in quo ꝓpter peccatum carnis totum genꝰ humanū ſubmerſit exceptis octo hominibꝰ Gen̄. vij. Idem etiam patet in quinq̄ ciuitatibus. Sodoma. Gomorra. Adama Seboiȝ. ⁊ ſegor. vt patet Gen̄. xix. Pluit dominꝰ ſuper ſodomam ⁊ gomorram ſulphur ⁊ ignē de celo ⁊ ſubuertit has ciuitates et omnem circa regionē vniuerſos habitatores vrbium: ⁊ cuncta virentia terre. Idem patet in multis locis veteris teſtamenti. vbi oſtēditur ꝙ deus magnas iuſticias exercuit in homines. Nam hec ſentētia ⁊ admiranda iuſticia omnes patriarchas ⁊ ꝓphetas: ac etiam omnem hominem quātumcūq̄ ſācte viueret mittebat ad carcerem inferni. Gen̄. xxxvij. deſcendam ad filium meum lugens in infernū: ac etiam iohānem baptiſtā de quo xp̄s teſtatus eſt. Quod inter natos mulierum non ſurrexit maior iohāne baptiſta. Math. xi. Unde pſ. Domine in celo miſericordia tua qꝛ miſericordia protūc videbat̄ eſſe i celo cum angelis. At vbi venit plenitudo temporis. Gal. iiij. ſcȝ tempꝰ gratie ⁊ miſericordie: qḋ incepit i aduētu xp̄i circūquaq̄ regnat: ⁊ preualet miſericordia iuſticie. Unde pſal. cxviij. Miſericordia tua domine plena eſt terra. Hoc ſic probat̄. qꝛ xp̄s poſt aduētum ſuū regnum celorum precioſiſſimū vili precio vendidit. nā primo ipſū dedit ap̄lis ꝓ naui ⁊ rethi. vtȝ Mat. iiij. relictis rethibꝰ ⁊ naui ſecuti ſūt eū. Secūdo zacheo dedit ꝓ dimidio bonoꝝ ſuoꝝ. vtȝ Lu. xix. Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ dn̄e do paupibꝰ. Tercio dedit alijs ꝓ reſidua pte diuitiaꝝ ſuaꝝ. vtȝ Lu. xi. Qḋ ſup ē date elemoſinā: ⁊ ecce oia ſūt mūda vobis. Quarto quibuſdã dat ꝑ duobꝰ erībꝰ minimis ſicut paupercule vidue. vtꝫ Lu. xxi. vidit aūt ihesus ⁊ quãdam viduam pauperculam mittentē era minuta duo. Quinto quibuſdaꝫ ꝓ calice aque frigide. vtꝫ Mat. x. Quicūqꝫ potum dederit vni ex minimis meis iſtis calicē aque frigide non perdet mercedem. Sexto quibuſdã ꝓ ſola bona volūtate vt latroni in cruce qui dixit. Domine memēto mei dum veneris in regnū tuū et reſpondit ei xp̄s. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Vnde auguſtinꝰ. Coronat deꝰ intus voluntatem vbi non inuenit facultatem. Item notãdum ꝙ hugo de prato ſuper predicta verba. Ecce rex tuꝰ venit tibi mãſuetꝰ. dicit ꝙ dominꝰ ihesus xp̄s venit nobis ſeptem modis. Primo venit vt lux ad nos illuminandū qꝛ omnes ceci eramꝰ. vtꝫ Iſa. ix. Habitantibꝰ in regione vmbre mortis. lux orta eſt eis. Secūdo venit vt medicus ad ſanãdum qꝛ omnes infirmi ad mortem iacebamꝰ. Vnde p̄s. xvi. Miſit verbum ſuum ⁊ ſanauit eos. Tercio venit vt iuſtus ad iuſtificandum ⁊ peccata remittendum. qꝛ omnes peccauimꝰ. Iuxta illud ad Ro. iij. Omnes peccauerūt ⁊ egēt gratia dei. Math. ix. Confide fili remittunt tibi peccata tua. Quarto venit vt ignis ad inflammãdum qꝛ ĩ dei amore et ꝓximi. omnes frigidi manebamꝰ vtꝫ Luce. xij. Ignem veni mittere in terram. Quinto venit vt redemptor ad precium nobis ſoluēdum qꝛ oēs pro delicto primoꝝ parētum in carcere inferni detinebãtur Vnde apl's p̄. Cor. vi. Empti enim eſtis precio magno. Sexto venit vt vita ad viuificãdū qꝛ oēs vita glorie carebamꝰ ꝓpter originale peccatū. Septimo venit vt dn̄s oīpotēs ad patriã noſtrã nos deducendo. vtꝫ Michee. ij. Aſcendet ei ãn eos ꝑandēs iter. Hec hugo de prato.

Dn̄ica ſecūda aduentꝰ. Euãgeliū ſcd̄m Lucam. xxi. Textꝰ

IN illo tempore dixit ihesus diſcipulis ſuis. Erūt ſigna ĩ ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. ⁊ ĩ terris preſſura gētium pre ꝯfuſione ſonitus maris ⁊ fluctuū. Areſcentibꝰ hoībus pre timore ⁊ expectatione q̄ ſuꝑuenient vniuerſo orbi. Nam v̄tutes celoꝝ mouebunt. Et tūc videbūt filium hominis venientem in nube cū ꝑtãte magna ⁊ maieſtate. Hys aūt fieri incipiētibꝰ reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quoniam appropinq̄t redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudīeꝫ Videte ficulneam ⁊ oēs arbores cum producūt iã ex ſe fructū: ſcitis qm̄ ꝓpe ē eſtas Ita ⁊ vos cū hec fieri videritis ſcitote qm̄ ꝓpe eſt regnum dei. Amē dico vobis: ꝙ nō peribit generatio hec. donec omnia fiãt. Celū ⁊ terra tranſibūt. verba autē mea nō tranſibūt.

Poſtilla euãgelij iuxta cōcordantias euangeliſtaꝝ.

Erunt ſigna ĩ ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. ⁊ in terris preſſura gentiū ⁊c. Luce. xxi. Mathei. xxiiij. Hec predixit dominꝰ ihesus Anno eiꝰ. xxxiij. xi. kal'. aprilis. feria tercia. luna xij. indictione. vi. Ante inicium hodierni euangelij ſcribit ſanctꝰ Lucas in eodem capitulo. ꝙ xp̄s predicens tē pꝰ extremi iudicij dixit. Surget gēs contra gentem ⁊ regnum aduerſus regnum. ⁊ terremotus erūt magni per loca: ⁊ peſtilētie ⁊ fames. terroreſqꝫ de celo ⁊ ſigna magna erunt. Ve pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. ⁊c̄. Item de extremo iudicio dicitur eciam. Luce decimo ſeptimo. Sicut fulgur choruſcans de ſub celo in ea que ſub celo ſūt: ita erit filiꝰ hominis in die ſua ſcꝫ aduentus ad iudicium. Et ſicut factum eſt in diebꝰ noe. ita erit in diebꝰ filij hominis. Edebāt ⁊ bibebāt vxores ducebāt ⁊ dabātur ad nuptias vſqꝫ in diem qua intrauit noe archam. ⁊ venit diluuiū ⁊ perdidit omnes Similiter ſicut factū eſt in diebꝰ loth. Edebant ⁊ bibebāt emebāt ⁊ vendebāt plantabāt ⁊ edificabāt. qua die aūt exijt loth a ſodomis. pluit ignem ⁊ ſulphur de celo. ⁊ omnes ꝑdidit. Secundū hec erit q̄ die filius hominis reuelabit᷑ ſcꝫ in die iudicij. Vnde etiam de hoc dicit᷑. p̄. Theſſa. v. Cū dixerit pax ⁊ ſecuritas tūc repentinꝰ eis ſuꝑueniet interitꝰ

Alia poſtilla

Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Lu. xxi. Mat. xxiiij. Mar. xiij. Sed que erūt illa ſigna declarat᷑ Primo vt habet᷑ iohelis. ij. Sol conuertet᷑ in tenebras ⁊ luna in ſanguinem anteq̄ veniat dies domini magnus ⁊ terribilis Item oſtenſū eſt iohāni. vt habet᷑ Apoca. vi. Sol factꝰ eſt niger: tanq̄ ſaccus cilicinꝰ. ⁊ luna tota facta eſt ſicut ſāguis: ⁊ ſtelle de celo ceciderūt ſuper terram. Itē xp̄s dicit Mat. xxiiij. Sol obſcurabit᷑ et luna nō dabit lucem ſuam: ⁊ ſtelle cadēt de celo. Hoc nō intelligit᷑ ꝙ cadēt de firmamēto qꝛ minima ſtella ſm̄ aſtronomos ē maior q̄ tota terra: ſed tante impreſſiones ⁊ choruſcationes erūt in aere decurrētes ad terrorem maloꝝ vt a ſimplicibꝰ hominibus ſtelle cadere putabuntur. Vnde augꝰ. Tam ſeua erunt iudicia dei ꝙ ipſum ſol aſpicere nō audebit. Et in terris preſſura gentium pre ꝯfuſione ſonitꝰ maris ⁊ fluctuū. Glo. Appropinquante extremo iudicio erit ſonitus maris terribilis ⁊ fluctuū eius. Nam mare eleuabit᷑ vltra altitudinē montium. xl. cubitis Vnde pſal. xcij. Mirabiles elationes maris Tunc illi qui ꝓpe mare habitabūt in vallibꝰ. fugient ad loca montana: ⁊ comprimēt ſe ꝓpter ſonitum maris. areſcētibus hominibꝰ Glo. quia ſicut mentem ſecuritas reficit ⁊ impugnat ſm̄ illud Prouerb. xv. Secura mens q̄ſi iuge cōuiuium ſic timor attenuat ⁊ exſiccat ſm̄ illud Prouer. xvij. ſpūs triſtis exſiccat oſſa. pre timore. ſcꝫ inſtantium maloꝝ. ⁊ expectatione. ſ. futuroꝝ diſtātium. que. ſcꝫ timor ⁊ expectatio. ſuperuenient deſuper. ſcꝫ de celo. vniuerſo orbi. nō tantū parti. Ex quo patꝫ ꝙ nullus erit locꝰ refugij. vt patꝫ Math. xxxiij. Erit tūc tribulatio q̄lis nō fuit ab initio mundi vſqꝫ modo neqꝫ fiet. vt patꝫ Daniel. x. Veniet tale tempꝰ quale nō fuit ex quo gētes eſſe ceperūt. Nam virtutes celi mouebūtur. id eſt āgeli ad modum tremētium ſe habebūt Et angeli dicuntur virtutes celorum quia ſūt inhabitatores celorum. Vnde Criſo. Angeli qui in iudicio aſtabūt nihil ſibi cōſcij videbūt infinitā multitudinem cōdemnari nō intrepide ſed cum magno tremore illic ſtabūt. Et tūc videbūt filium hominis. ſcꝫ tam boni q̄ mali. Quia ſm̄ magiſtrum ſentētiarum li. iiij. xp̄us dominus in forma hominis iudicabit ⁊ in illa ab omnibꝰ videbit᷑. Erit tñ differentia ex ꝑte vidētiū qꝛ boni videbūt eum cū gaudio ⁊ gloria: ſed mali cū cōfuſione ⁊ pena. Vñ etiā ſanctꝰ thomas in quarta di. xlviij. ſicut viſio glorie humanitatis xp̄i erit iuſtis in premium: ita inimicis xp̄i erit in ſupplicium. venientem. ſcꝫ ad iudicium. in nube. ſcꝫ lucida. cū poteſtate magna ⁊ maieſtate. quia cum angelis et omnibꝰ ſanctis in celo exiſtentibꝰ Et tunc cōgregabit omnes gentes in vallem iosaphat· vt habet Iohel iij· Ihero· vero dicit· Nō intelligēdū est ꝙ in illa parua valle cōcludātur innumerabilia milia hominū sed i locis circūiacentibꝰ· Nam boni in aere cum xp̄o stabunt· Mali vero in terra quoꝝ infinitꝰ erit numerꝰ Cū quibꝰ verus ⁊ iustꝰ iudex ↄtendit ⁊ disceptabit· Consequēter in euāgelio hodierno post timorē reproboꝝ ponit̄ ↄsolatio electoꝝ cum dr̄· His autē fieri incipientibꝰ respicite· p fidem· ⁊ leuate· per spem· capita vestra· id est corda vestra· vnde Gre· Capita leuare est mētes ad gaudia celestis patrie erigere· quoniā appropinq̄bit redēptio vestra· id est glorificatio animaꝝ et corpoꝝ· q2 post mūdi ruinā sequit̄ beatitudo q̄ erit in glorificatione corporis ⁊ anime· Et dixit illis similitudinē· Videte ficulneam ⁊ omnes arbores cum ꝓducūt iam ex se fructū scitis q2 ꝓpe est estas Ita ⁊ cum vos hec videritis fieri scitote qm̄ ꝓpe est regnum dei· vnde Ihero· Cum ramꝰ ficus tenerem: ⁊ folia nata: ⁊ gēme in florē germināt: ⁊ cortex folia parturit tunc intelligitis veris ⁊ estatis aduētū· Sic cum omnia q̄ scp̄ta sūt et q̄ xp̄i aduētum p̄currere debēt videritis· sciatis q2 ꝓpe est aduētꝰ xp̄i ad iudicium. Sequit̄ certitudo p̄dicatoꝝ cum dr̄· Amen dico vobis q2 nō ꝑibit generatio hec· id est genꝰ humanum· donec omnia fiant· scꝫ que dicta sunt· Celum ⁊ terra transibūt id est deposita p̄ori forma innouabūtur: permanēte tamē substātia Nam terra· aqua· aer· ⁊ ignis: ⁊ omnia elementa cōflagratione ignis mūdabūtur. Erit tamē terra sicut cristallꝰ pura aqua ⁊ aer obscuritate frigiditate fumositate priuabūtur· ⁊ omnē frigiditatem caliditatem fumositatem ⁊ impuritatem ab elemētis separabit ⁊ in infernū detrudet· vt mali infinities plus habeāt de frigore· de calore de fetore ꝙ̄ habuerūt· verba aūt mea non transibūt· scꝫ sine effectu impletionis· vnde Iheronī· Facilius est transire terram ꝙ̄ xp̄i verba· Nam si omnia que in lege ⁊ ꝓphetis scripta sunt impleta sunt ⁊ adimplebuntur quomodo ergo christi verba que p se personaliter est locutus non adimpleri debeant· Ergo verba christi nō transibūt icompleta: sed minima littera complebitur· vt patꝫ Mat· v· Iota vnum aut vnus apex non p̄teribit a lege donec omnia fiāt· ¶ Vnde circa presens euāgelium vbi dicitur tunc videbūt filium hominis venientem in nube cum potestate magna· notādum ꝙ christus non veniet nisi prius veniat antichristus· Quando autem antichristus veniet· Respondetur primo in tempore peccatorum abūdantie· vt habetur Daniel· viij· Cum creuerint iniquitates cōsurget rex impudēs· Glo· oim iniquitatum plenꝰ· vnde Osee· iiij· dr̄ ꝙ tempore antixp̄i plꝰ ꝙ̄ prius abūdabit mēdacium adulterium furtū homicidium rapina auaricia sup̄bia· ⁊ sic de alijs vicijs· Vnde etiam Mat· xxiiij· Abūdabit iniquitas: ⁊ refrigescet mltorum caritas· Quis dubitat iam proximum ipsius tempus fore cum iam ex mala consuetudine infinita mala fiant que nostrorum parentum tempore nō modica fuerūt dedecoris que nūc temporis computant inter facta honoris· sicut habere amasias ⁊ hoīisatrices· deceptiones in emptionibꝰ ⁊ c̄· vnde Prouer· xx· Letantur cum malefecerint· O si iam tot mala fiūt quāta mala tūc erūt tēpore antixp̄i· Vnde quantomagis finis mundi appropinquat tāto peiores hoīes erūt· Secūdo veniet tēpore litiū ⁊ p̄lioꝝ·

[illegible]

vnde Math·xxiiij·Surget gēs ɔtra gentē ⁊ regnum aduersus regnū·Si ergo tot lites nostris temporibꝰ sūt et prelia· quot tūc erūt tempore antixpi quādo sathanas soluetᷣ: qui nūc ligatꝰ tenetur· vt habetᷣ Apocal'·ij· Tercio veniet tēpore magne famis qꝛ ex guerris continuꝰ sequitᷣ fames Vnde Lu·xi· Omne regnum in se diuisum desolabitᷣ: qꝛ agricole tūc nec agros colere nec seminare possunt· Quid demū tūc fames ⁊ caristia nō modica sequitᷣ· Vnde dicitᷣ in psal'·cvi· Terra fructifera versa est in salsuginem a malicia inhabitantium in ea· Quarto veniet tēpore magne pestilētie· Nam omne qđ viuit cibo indiget· vnde Aristo·p̄·ethi· Nō possibile est diu viuere sine cibo· Ideo qui cibo caret ac famis macie torquetᷣ ꝓpter deperditionem humidi radicalis infirmabitᷣ· ⁊ tandem leui superueniente febricula· homo subito q̄si ex pestilentia vt phisici naturales dicūt morietᷣ Quinto veniet tempore discidij regnoꝝ a romano imperio·ij·ad Thess'·ij· Nisi venerit discessio primū scꝫ regnorum a romano imperio· Vnde glosa super illud Danielis·vij· Et habebit cornua decē· dicit ꝙ appropinquāte die iudicij· romanū imperium scindetur in decem p̄tes ⁊ i decem regna Sexto veniet tempore scismatis in ecclesia dei· vt dicit glosa· super premissa verba apostoli· Nisi venerit discessio primū scꝫ ab obediētia romane ecclesie· Septimo veniet tempore ypocrisis illoꝝ qui se putant religiosos pre ceteris hominibꝰ·p̄· Thessa·iiij· In ypocrisi loquētium mendaciū Item Math·xxiiij· Surgent pseudo xp̄i ⁊ pseudo ꝓphete ⁊ multos seducent· Octauo veniet tēpore heresis· vnde apostolꝰ·p̄·ad Thimo·iiij· Discedēt quidam a fide Nono veniet in istius mundi fine· qꝛ post mortē antixp̄i nō longe mūdus finietᷣ·

Dominica tercia aduētus· Euāgelium s'm Math·xi· Textꝰ·

In illo tempore· Cum audisset iohannes in vinculis opera xp̄i· mittēs duos de discipulis suis· ait illi· Tu es qui venturꝰ es an alium expectamꝰ Et respondēs ihesus ait illis· Euntes renūciate iohāni que audistis ⁊ vidistis· Ceci vidēt· claudi ambulant· leprosi mūdantᷣ· surdi audiūt· mortui resurgūt· pauperes euangelizātur. Et beatꝰ est qui nō fuerit scandalisatꝰ in me· Illis autem abeūtibus· cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne· Quid existis in desertum videre arūdinem vento agitatam Sed quid existis videre homineꝫ mollibꝰ vestitū Ecce qui mollibus vestiuntᷣ in domibus regum sunt· Sed quid existis videre ꝓphetam. Etiam dico vobis ⁊ plus q̄ ꝓpheta· Hic enim est de quo scriptum est· Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam· qui p̄parabit viā tuā an̄ te Postilla·

Cum audisset iohānes in vinculis opera xp̄i· mittēs duos de discipulis suis· ait illi· Tu es qui venturꝰ es Mat·vi· Hoc euāgelium factum est· Anno xp̄i·xxxi·ydibꝰ decēbris feria sexta· luna·xix· indictōne iiij· Ante inicium illius euangelij scribit beatꝰ math[illegible]s in precedenti capitulo· ꝙ xp̄s dixit discipulis suis Qui vos recipit me recipit· Et qui me recipit recipit eum qui me misit· Qui recipit ꝓphetam in nomine ꝓphete· mercedem prophete accipiet· Et qui recipit iustum in nomine iusti· mercedem iusti accipiet· Et quicunqꝫ potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli· amen dico vobis non perdet mercedem suam· Tunc post hoc ſequit̃ euāgelium. Cum audiſſet iohānes in vinculis opera xp̄i. Ly. Herodes antipas incarcerauit iohannē ad inſtantiam herodiadis adultere: ꝓpter hoc ꝙ iohānes arguebat ipſū herodem eo ꝙ abſtulerat fratri ſuo philippo vxorem ſuam nomine herodiadis. vt habet̃ Mar. vi. Miſit herodes ⁊ tenuit iohānem ⁊ vinxit eū in carcerem. Johānes ergo in carcere poſitꝰ. miſit duos de diſcipulis ſuis ad iheſum. vt diceret. tu es qui vēturꝰ es. ſcꝫ meſſias in lege ꝓmiſſus qui debes ſaluare iſrl̃. an alium expectamꝰ. Hic querit̃ an iohānes dubitauit de xp̄o an ipſe eſſꝫ ſaluator mūdi ⁊ an eſſet moriturꝰ in humana natura ꝓ hominis ſalute. Reſpondetur ꝙ nō dubitauit qꝛ ipſum prius baptiſauit. Mat. iij. ⁊ vidit ſpūm ſcūm deſcendētem ſuper eum. Et inſup de eo teſtificatꝰ eſt dicēs Ecce agnꝰ dei ecce qui tollit peccata mūdi. Sed diſcipuli eius qui nō ſic erāt illuminati: dubitauerunt ipſum eſſe xp̄m. Et ideo miſit diſcipulos ſuos vt viderēt miracula xp̄i ⁊ ſic crederēt ipſum eſſe ſaluatorem mūdi. Iſti autem duo diſcipuli recedētes a iohāne. inuenerūt xp̄m cum turbis populoꝝ qui venerāt ad eum cum infirmis ſuis ⁊ expectabāt infirmorum curationē. Et pꝰ predicationē tūc diſcipuli iohannis fecerūt ſibi p̄dictam queſtionem coram omni populo Xp̄s autem nō reſpōdit eis verbo ſed facto. vt dꝛ Lu. vij. in ip̄a hora xp̄s multos homines curauit a languoribꝰ ſuis ⁊ plagis ⁊ ſpiritibꝰ malis. ⁊ cecis multis donauit viſum. Et reſpondēs dixit illis Euntes .i. reuertentes vnde veniſtis. renūciate iohāni. ſcꝫ ad ſuam ↄſolationem. ⁊ ad veſtram cōfirmationē. que audiſtis. ſcꝫ in mea p̄dicatiōe. et vidiſtis. in miraculoꝝ operatione. ceci vidēt. claudi ambulāt. leproſi mūdant̃. ſurdi audiunt. mortui reſurgūt. pauperes euāgeliſant̃. id eſt denūciātur habere regnum celorum vtꝫ Lu. vi. Beati paupes quoniam ipſoꝝ eſt regnum celorum. Per hec enim opera xp̄s manifeſte ꝓbauit ſe eſſe meſſiam. Et beatꝰ qui nō fuerit ſcandaliſatꝰ in me. Gor. id eſt cum me poſt tot miracula viderit pati: nō me negabit. Illis autem abeuntibꝰ ſcꝫ a xp̄o reuertentibꝰ ad iohannem. Cepit xp̄s dicere de iohāne. ſcꝫ ipſū cōmendādo. Hilarius. Xp̄s cōmēdauit iohānem non p̄ſentibꝰ diſcipulis eius ſed abeuntibꝰ. ne videretur eum adulatorie cōmendare. Mos enim adulatorū eſt in cōſpectu hominum laudare ⁊ in abſentia eorum vituperare. tales ſūt ſimiles ſcorpionibus qui cum aculeis anterioribꝰ quaſi applaudent ſed cauda pungūt. Et xp̄s commēdat iohānem in quinqꝫ. Primo de virtute cōſtantie cum dicit. quid exiſtis in deſertum. Ly. id ē vltra iordanem vbi iohānes baptiſabat. videre arūdineꝫ vento agitatā quaſi diceret vos exiſtis in deſertum ad iohānem qui non fuit mobilis in mente ſicut arūdo a vento agitata: ſed eſt ita cōſtans ꝙ nec timore nec amore a veritate declinat Secūdo de auſteritate vite cum dicit. Quid exiſtis in deſertum videre hoīem mollibus veſtitum. quaſi diceret nō: qꝛ iohānes habebat veſtimētum de pilis cameloꝝ ⁊ eſca eius erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre. Et ad hoc habitabat ī deſerto vt auſteram vitam duceret. Ecce qui mollibꝰ veſtiunt̃ in domibus regum ſūt. Ad hoc enī multi magnatibꝰ adulant̃ vt cum ipſis cōmorantes delicijs vtantur ſed veritatis amatores talia aſpernātr Tercio cōmendat eum xp̄s a claritate notitie cium dt̄. Quid exiſtis videre ꝓphetā. qꝛ iohānes plꝰ fuit ꝙ̄ ꝓpheta. quem alij ꝓphete p̄dixerūt venturꝝ. ipſe eū adhuc in vtero matris poſitꝰ agnouit. ⁊ poſtea ipſū baptiſauit ⁊ digito mōſtrauit. Quarto cōmendat eū autoritate doctrine dicens. Hic em̄ eſt de quo ſcriptū eſt Malah. i. Ecce mitto angelū meum .i. iohānem qui vitam duxit angelicā. ante faciē tuam. qui p̄pabit viam tuā ante te .i. corda audiētium ad recipiendū xp̄m per p̄dicationē tuam. Quinto cōmēdat eū immediate poſt hodiernū euāgeliū ſuper oēs ſanctos dicēs. Inter natos mulierum non ſurrexit maior iohāne baptiſta.

¶ Dominica quarta aduentꝰ Euangelium ſm̄ Johannē. i.

Textus.

In illo tēpore. Miſerūt iudei ab iheroſolimis ſacerdotes et leuitas ad iohāneꝫ. vt interrogarēt eum. tu quis es: ⁊ cōfeſſus eſt: ⁊ nō negauit. ⁊ cōfeſſus ē qꝛ nō ſum ego xp̄s. Et interrogauerūt eum Quis ergo: helias es tu. Et dixit. Nō ſum. Propheta es tu. ⁊ reſpōdit nō. Dixerūt ergo ei. Quis es tu: vt reſponſum demꝰ his qui miſerūt nos. Quid dicis de teipſo. Ait. Ego vox clamātis in deſerto: dirigite viā domini. ſicut dixit iſaias ꝓpheta. Et q̄ miſſi fuerāt erant ex phariſeis ⁊ int̄rogauerūt eum ⁊ dixerūt ei. Quid ergo baptiſas: ſi tu nō es xp̄s. neqꝫ helias neqꝫ ꝓpheta. Reſpōdit eis iohānes dicēs Ego baptiſo ī aqua. medius auteꝫ veſtꝝ ſtetit quem vos neſcitis Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt. ⁊ ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignꝰ vt ſoluam eius corrigiam calciamēti. Hec in bethania facta ſunt trās iordanem: vbi erat iohannes baptiſans.

Poſtilla.

Miſerunt iudei ab iheroſolimis ſacerdotes et leuitas ad iohānē ⁊c̄. Joh. i. Lu. iij. Hiſtoria huius euangelij facta eſt Anno. xxxi. feria. iiij. xvij. kal̄. maij. luna. xv. īdictiōe. iiij. Ante iniciū illiꝰ euāgelij habet̄ Luce. iij. ꝙ anno. xv. imperij tiberij ceſaris ſcꝫ ſub quo paſſus eſt xp̄s. Factum eſt verbum domini ſup̄ iohānem zacharie filium in deſerto: ſcꝫ cum iohānes eſſet. xxx. annoꝝ ⁊ venit in omnem regionem iordanis predicans baptiſmum penitētie in remiſſionem peccatoꝝ. Dicebat auteꝫ ad turbas que exibāt vt baptiſarentur ab eo. Facite dignos fructꝰ penitentie Jam em̄ ſecuris ad radicem arboris poſita eſt Omnis ergo arbor nō faciēs fructum bonum excidet̄ ⁊ in ignem mittet̄. Multa quidem ⁊ alia exhortās euangeliſabat populo. Vnde iudei vidētes iohānis baptiſte mirābilem natiuitatem ⁊ eius excellētem ſanctitatē vite. ideo moti fuerūt ad opinandum ipſum eſſe xp̄m ꝓpter quod miſerūt nūcios ad iohānem volētes ſuper hoc ſcire veritatem. Lyra. Et in iſto modo querendi exhibuerunt iohāni magnam reuerentiam ⁊ hoc patet ex quatuor in littera. Primo ex perſonis mittentibꝰ ad ipſum nuncios ⁊ hoc notatur cum dicitur. miſerunt iudei. id eſt illi de tribu iuda. qui erāt nobiliores in populo iudeorum. In ſignum huius de tribu iuda naſci voluit. Secūdo ex loci nobilitate quia. ab iheroſolimis. que erat ciuitas ſacerdotalis ⁊ regia: quia eāt caput regni. Tercio ex nunciorꝝ ſolēnitate. Miſerūt ei ſacerdotes ⁊ leuitas ad eum. q̄ erāt ſolēnes ꝑſone ⁊

in ipſis debebat ſcientia ⁊ ſanctitas eminere. Quarto ex perſona ad quā mittūt ſcʒ ex hoc ꝙ requirūt teſtionium de ſeipſo ⁊ tñ fidem habuerūt in dictis eius vt ei crederēt etiam de ſeipſo Ergo dicūt. tu quis es. vt reſponſione eius diſcernerēt quis ipſe eſſet. Et cōfeſſus eſt ⁊ nō negauit. Et cōfeſſus eſt qꝛ non ſum ego xp̄s. Nam xp̄s .i. meſſias fuit ꝓmiſſus iudeis ex dictis ⁊ ſcp̄turis ꝓphetarum Audiētes qꝛ non eſſet xp̄s interrogauerūt cōſequēter ſi eſſʒ helias Quia ſicut aduētus xp̄i. ſic ⁊ aduent⁹ helie fuerat iudeis ꝓmiſſus. Vnde dr̄ Malachie vlti. Ecce ego mittam vobis heliam ꝓphetam anteꝙ̄ veniet dies domini magn⁹ Et reſpōdit non ſum ſcʒ ego helias. Si autē quis diceret Xp̄s. Mat. xi. loquēs de iohāne dr̄ Ipſe eſt helias. ⁊ iohānes hic dicit. Non ſum helias. Reſpondet̄. ꝙ ipſi querebāt de perſona helie. ⁊ ideo ad eorum queſtionem reſpōdit ꝙ ipſe nō erat helias in perſona. Sʒ vt dicit Grego. in omel̄. Johānes fuit helias in ſpū. ꝓpter ſimilitudinem ⁊ cōformitatem ipſi⁹ ad heliam. Primo in auſteritate vite. qꝛ de helia dicit̄. iiij. Re. ca. i. ꝙ fuit vir piloſus ⁊ zona pellicea circa renes accinct⁹. ⁊ de iohāne dicit̄ Mat. iij. Et habebat veſtimēta de pilis camelorum ⁊ zonam pelliceam circa lumbos eius. Secūdo in dura rep̄henſione. Helias enim regem Achab dure rep̄hendit. vt habet̄. iij. Re. xviij. Johes herodem arguebat. vt habet̄ Mat. vi. Fuit etiā ſimilis helie ī officio qꝛ iohānes fuit precurſor p̄mi aduent⁹ ſic helias erit precurſor ſecūdi aduent⁹. Et hoc voluit xp̄s cum dixit ipſum eſſe heliam Et ꝓpheta es tu reſpōdit non. Gre. Johānes negauit ſe eſſe ꝓphetam tātum qꝛ plus erat ꝙ̄ ꝓpheta. Dixerūt ergo ei. Quid es tu vt reſpōſum dem⁹ hijs qui nos miſerūt. Quid dicis de teipſo. Ait. ſcʒ iohānes. Ego vox clamātis in deſerto dirigite viam domini ſicut dixit yſaias ꝓpheta. id eſt ego ſum ille de quo ſcriptura dicit. Iſay. xl. Qui debet clamare in deſerto iudee ꝙ homines ſe p̄pararent ad aduētum xp̄i in mūdum Et bene ſignat̄ iohannes in ꝓprietate vocis. qꝛ erat annūciator verbi diuini. id eſt xp̄i qui eſt verbum patris ſm̄ diuinitatem. Vox enim ante verbum ſic iohannes ante xp̄m. Item vox manifeſtat verbum ſic iohannes xp̄m. tota enim vita ⁊ cōuerſatio iohānis fuit preparatio ad ſuſceptionem xp̄i. Et qui miſſi fuerāt erant ex phariſeis. Ly. phariſei īter alios videbant̄ magis religioſi: ꝓpter hoc dicebant̄ phariſei. a phares qd̄ eſt diuiſio qꝛ in habitu in vita ⁊ geſtu erāt ab alijs diſtincti: in ſignum maioris religionis Et ideo phariſei erāt magne fame ī populo iudeorum. Et īterrogauerūt eum ⁊ dixerūt ei. Quid ergo baptiſas ſi tu nō es xp̄s neqꝫ helias neqꝫ ꝓpheta. Vnde Criſo. Interrogauerūt eum nō quaſi ſcire volētes ſed etiam prohibere eum a baptiſmo. Reſpondit eis iohānes dicēs Ego baptiſo in aqua. ſcʒ lauādo tantum corp⁹ ad deſignādum illum qui ſuo baptiſmate lauabit animas. Conſequēter oſtendit xp̄i excellētiam dicens. Medius autē veſtrum ſtetit. id eſt p̄ns inter vos in corpore apparuit ⁊ cōmuni cōuerſatione inter homines cōuerſat⁹ eſt. vt pʒ in euāgelijs cum eis manducās ⁊ bibēs ne ꝓpter auſteritatē aliqui deſperarēt. quē vos neſcitis. quātum ad diuinitatem. Ipſe eſt q̄ poſt me ventur⁹ eſt. Tho. ſcʒ ad p̄dicandū baptiſandū ⁊ moriēdū. q̄ āte me fact⁹ eſt. i. in dignitate p̄poſitus eſt. quia dignior ⁊ honoratior. Cuiꝰ non ſum dignus .id eſt ſufficiẽs . vt ſoluam corrigiam calciamenti eius . Vnde Iheronimus ad euſtochium. chriſtꝰ nunq̄ꝫ fuit calciatus ipſe enĩ portare calciamenta apoſtolis prohibuit. Luce decimo. Et chriſtus ſemper fecit opere quod docuit verbo. vnde habetur Actuum primo. Cepit iheſus facere ⁊ docere. Lyra dicit ꝙ hec eſt locutio methaphorica. Quia in hoc iohannes exprimit ſe non eſſe dignum exhibere chriſto eciam minimũ miniſterium: hoc in verbis iã exp̄mẽs ſm modũ loquẽdi cõmunem. Cũ enim q̄s ſuam puitatẽ ⁊ excellenciam alterius vult exp̄mere ſolet dicere cõmuniter. Nõ ſum dignꝰ tãgere ſotulares eius vel aliquid huiõi. Hec in bethania facta ſũt. Ly. non eſt illa q̄ prope ihrl'm ẽ. vbi lazarus fuerat ſuſcitatus . ſed alia eodẽ noĩe vocata ſita ſupra iordanez ex altera pte fluminis in ſorte duaꝝ tribuũ ⁊ dimidie. Et ideo ad hoc denotãdum ſubdit. trãs iordanem vbi erãt iohãnes baptiſãs .q̄ aqua diſtat a ihrl'm ad vnam dietã ⁊ in eodẽ loco cõſueuerat iohãnes cõmorari ⁊ p̄dicare ⁊ baptiſare: ⁊ mlti cõueniebãt illuc ad eum vt baptiſarent̃ ab eo. Vñ circa pñs euangeliũ vbi dr̃. Tu quis es . Querit̃ quare iudei magis de iohanne ꝙ̄ de xp̄o credebãt. Reſpõdit cri. ꝙ triplex fuit racio. Prima racio eſt quia iohannes erat de magno genere vtpote filius zacharie magni ſacerdotis . Et quia miraculoſe natus eſt de vtroq; parente ſterili ⁊ ſene. chriſtꝰ autem vt ipſi credebant erat filius fabri ⁊ cuiuſdam paupercule mulieris ⁊ non miraculoſe natus q̃z de iuuencula ꝙ̄uis de ſene patre. Secunda racio eſt quia iohannes in victu ⁊ veſtitu magis aſperam vitam ꝙ̄ chriſtꝰ agere videbatur. Nam tunicam de pilis camelorum habebat. et zonam pelliceam ad lumbos eius. et cibus eiꝰ locuſte ⁊ mel ſilueſtre. vt patet Mathei. iij. chriſtus autem communibꝰ veſtibus induebatur ⁊ cõmuni cibo vtebatur ⁊ cum hominibus in nuptijs ⁊ in cõuiuijs comedebat. Tercia racio eſt quia iohannes cõſortia hominum deuitabat ⁊ in deſerto morabatur latitans in antris et in ſpelũcas . donec ſpiritusſanctꝰ ei dixit vt exiret ad perhibẽdum teſtimonium de chriſto. Et tunc venit ad iordanem predicans baptiſmum penitẽcie. vt patet Luce. iij. Chriſtꝰ autem morabatur cum hominibus ⁊ conuerſabatur cum peccatoribus ⁊ manducabat cum ipſis . vtꝫ Math. xi. propterea ergo iudei ad iohãnem legationem miſerũt vt eum interrogarent an eſſet chriſtus . Et reſpondit quia non ſum ego chriſtus .

¶ Euangeliũ in gallicantu natiuitatis chriſti.

In illo tempore. Exijt edictũ a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis . Hec deſcripcio prima facta eſt a preſide ſyrie cirino: ⁊ ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem ⁊ ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleem eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia dauid vt profiteretur cum maria deſponſata ſibi vxore pregnante. Et factum eſt dum eſſent ibi impleti ſunt dies vt pareret. ⁊ peperit filium ſuum primogenitum . et pannis eum inuoluit. ⁊ reclinauit eum in preſepio quia non erat ei locus in diuerſorio et paſtores erant in regione eadem vigilantes ⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos :⁊ claritas dei circũfulſit illos ⁊ timuerũt timore magno. Et dixit illis ãgelus. Nolite timere ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum: quod erit omni populo. Quia natꝰ eſt nobis ſaluator qui eſt xp̄s dominꝰ in ciuitate dauid Et hoc erit vobis ſignũ Inuenietis infantem pãnis inuolutũ et poſitum in p̄ſepio Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militie celeſtis exercitꝰ laudãtium deum ⁊ dicentiũ. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hoībꝰ bone volũtatis

Exijt edictum a ceſare Auguſto. Luce. ij.

Poſtilla

Hyſtoria huiꝰ euãgelij facta eſt ãno xp̄i primo vſuali. xij. kal'. ianuarij feria iiij. luna. xxvij. indictione. iij. Ante inicium illius euãgelij ſcribit ſanctꝰ lucas in precedẽti ca. ortum ſancti iohãnis baptiſte. ſcꝫ quomodo nũciatꝰ eſt per angelum gabrielẽ patri ſuo zacharie ĩ templo ⁊ quomodo natꝰ eſt de ſterili matre. ⁊ quomodo ĩ circumciſione vocatum eſt nomẽ eius iohãnes. Et quomodo ipſe puer creſcebat. quãtum ad augmẽtum corporis :⁊ cõfortabaꝛ ſpũ. ſcꝫ quãtuꝫ ad augmẽtum gratie ⁊ virtutis. Et erãt in deſerto vſqꝫ ad diẽ oſtẽſionis ſue ad iſrl'. Et deſcribit ortum p̄curſoris Hic ꝯſequẽter deſcribit ortum ſaluatoris dicẽs. Factum eſt autem in diebus illis. Exijt edictum a ceſare auguſto. i. hic oſtendiꝛ tempꝰ natiuitatis xp̄i: qui natꝰ eſt imperãte ceſare. Auguſto qui nominatꝰ eſt auguſtꝰ ab augẽdo: qꝛ valde notabiliter auxit imperium romanũ. qui regnauit quadragintaduobꝰ annis ⁊ duodecim annis ante natiuitatem xp̄i ⁊ poſt tãta fuit pax in toto orbe. vt ad litteram videreꝛ impletum. quod p̄dixit yſa. ij. Conflabũt gladios ſuos in vomeres :⁊ lanceas ſuas in falces. Vnde etiam in p̄s. lxxij. Orieꝛ in diebꝫ eius iuſticia ⁊ abũdantia pacis Item yſa. ij. Nõ leuabit gens cõtra gentẽ gladium Et ſic in diebꝰ ceſaris auguſti omnibꝰ gentibꝰ romano imperio ſubiectis fuit pax vniuerſalis ĩ orbe Ideo mãdauit. vt deſcriberetur vniuerſus orbis. vt per hoc ſcireꝛ qualiter terre eſſent populate. ⁊ quãta tributa ſue glorie poſſẽt reddere vt ſic tributis indebitis nõ grauerenꝛ. Et etiam ſcireꝛ per queꝫ modum ſingule terre a romano imperio melius regerẽtur. Hec deſcriptio prima facta eſt a p̄ſide ſirie cirino. Hũc enim cirinum ceſar auguſtus prefecerat terre ſirie ad ipſam regẽdam. Et qꝛ ſiria ẽ in medio terre habitabilis :⁊ ibi fuit iſta deſcṗtio ṗmo inchoata. vt inde denunciareꝛ fieri in alijs ꝓuincijs circulariꝛ. Et ibãt omnes vt ꝓfiterenꝛ ſinguli in ciuitateꝫ ſuam. ſcꝫ vnde oriundi erãt. Profitebanꝛ autem dupliciꝛ ſe ſubiectos eſſe romano imperio ſcꝫ ſcripto. qꝛ nomina eoꝝ ſcribebanꝛ. ⁊ facto qꝛ ſoluebãt cenſum imperatori. ſcꝫ vnum nũmum argenteum valẽteꝫ decem nũmos vſuales Aſcẽdit autem ⁊ ioſeph. ſcꝫ vir marie. a galilea. qꝛ ĩferior erat q̃ iudea. de ciuitate naſareth. vbi xp̄s cõceptus erat. ⁊ in qua ioſeph manebat. ĩ iudeam ciuitatem dauid. i. in bethleem que eſt ciuitas dauid. qꝛ inde oriundꝰ fuit. ṗ. Re. xvij. eo qd̓ eſſet in domo ⁊ familia. i. de genere. dauid vt ꝓfitereꝛ cum maria ſibi deſponſata vxore pregnãte. Ipſa enim erãt de eadem tribu cum ioſeph. ⁊ licet maria nõ fuiſſet obligata tanq̃ p̄gnãs illuc ire ꝓpter longitudinem vite qꝛ naſareth diſtat a bethleem quaſi ꝑ tres dietas tamen ꝓpter exemplum obedientie cum ipſis mulieribus ire voluit. Item ex diuina diſpoſitione hoc factum eſt. vt ſic chriſtus naſceretur in bethleem ſicut predictum fuit Michee quinto. Et tu bethleeʒ terra iuda. nequaꝗ̄ minima es in principibꝰ iude. ex te enim exiet dux qui regat populū meum iſrł. Et factū eſt dū eſſent ibi ipleti ſūt dies eꝰ vt pareret. ſcʒ nouē mēſes ipleti ſūt a die ꝯceptōis xp̄i. ⁊ ꝑpit filiū ſuū p̓mogenitū. dr aūt p̓mogenitꝰ. nō qꝛ poſt illū habuit filios alios ſ; qꝛ āte illū filiū aliū nō habuit. Quia ſicut añ ꝑtū: ita in ꝑtu ⁊ poſt ꝑtū inuiolata v̓go ꝑmāſit. Tunc ipleta ē iſta ꝓphetia Iſa. vij. Ecce v̓go ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. Et ipſa btā virgo maria magnū gaudium habuit ī xp̄i natitate. et hoc iō qꝛ ſine dolore ſine afflictiōe et ſine debilitatiōe ſui genuit filium quē ſciuit eſſe deū ⁊ hoīem. Nā ſicut v̓go ꝯcepit ⁊ ſine dolore genuit. ⁊ pānis eū inuoluit. ſcʒ ꝑ ſeipſā Ly. ex quo patʒ falſitas q̄ ſcribiť in libro de infantia ſaluatoris. ſcʒ ipſā obſtetrices habuiſſe q̄ non reqrunť niſi ꝓpter afflictionē matris in ꝑtu. q̄ nō hūit locū in v̓gine puerꝑa qꝛ peperit ſine doloē ⁊ ſine debilitate. Et reclinauit eū in p̄ſepio. Ly. Ioſeph eñ in itinē adduxerat ſecū aſinū ad portandum vxorē pregnantē: ⁊ bouē ad vendēdū vt de p̄cio ſoluēt expēſas in via. Et illis duobꝰ aīalibꝰ fecit p̄ſepiū iuxta ſe in quo btā virgo maria reclinauit filiū natum. qḋ fuerat p̄dictū Iſa. p̄. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū: ⁊ aſinꝰ preſepe dn̄i ſui. Dicit eñ quidā qꝛ aſinꝰ ⁊ bos genuflexerūt corā xp̄o. Abacuc. iij. In medio duū aīaliū ꝯgnoſceris. Vn̄ Ber. O xp̄iane vide q̄lis ꝓ te factus ē xp̄s. qꝛ ſi rex: vbi aula regia vbi throni ſublimitas. vbi curie regalis frequentia. ecce aula regia ſtabulū. throni ſublimitas p̄ſepiū. curie regalis frequētia bos ⁊ aſinꝰ. qꝛ nō erat ei locꝰ in diuerſorio. Gor. Hic reprehēdunť xp̄ianoꝝ delicie. diuitie et honores huiꝰ mūdi. Delicie in hoc ꝙ dei filiꝰ non mollibꝰ vel calidis pelliceis indutꝰ fuit: ſed vilibꝰ pānis inuolutꝰ. Honores in hoc ꝙ non in palacio ſed in preſepio eum reclinauit mater ſua Diuitie in hoc ꝙ locum nō habuit in diuerſorio. Vnde bern̄. O homo quid ſollicitꝰ es de regali palacio ecce rex tuꝰ iacet in p̄ſepio Quid cogitas de precioſo indumēto rex tuus inuoluiť vili pānicula. Et paſtores erāt in regione eadem vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctis ſup gregeʒ ſuū. ſcʒ inter iheruſalē ⁊ bethleem. que ciuitates diſtāt ad duo miliaria ab inuicem. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos. ſcʒ paratꝰ ad reuelandū eis diuina. Et claritas dei circumfulſit eos. nō tātum exterius in corpore: ſed etiam interius in mente. Et timuerūt timore magno. ex inſolita viſione. Sed angelꝰ domini ꝯſolabatur eos dicens. Nolite timere. Cuius cauſam ſubiungit. Ecce enim euangeliſo vobis gaudium magnuʒ quod erit omni populo. nō ſolum iudeorum ſed etiam gentilium. Gorra. Et hoc gaudium eſt magnum ſcd̄m omnem dimenſionem: quia altum profundum. longum ⁊ latum. Altū: quia eius altitudo attingit celum. Vnde Bernardꝰ. Magna eſt hodierna feſtiuitas. celum replet atq̄ terram. Profundum: quia eius profunditas penetrat infernum. ſcilicet vſq̄ ad ſanctos qui erant in limbo. Item eius longitudo protenditur a principio mundi vſq̄ ad finem mundi. Item eius latitudo occupat orbem terrarum. Vnde hodie cantatur in p̄fatiōe miſſe ſcde. ꝓfuſis gaudijs totꝰ in orbe terrarū mundꝰ exultat.

qꝛ natꝰ eſt nobis .ſcꝫ hominibꝰ ⁊ angelis pariter qꝛ ꝯſortio hominū reparāda eſt ruina angeloꝝ. Ly. dr. Hodie. Quis eſſet nox qꝛ nox illa ex claritate diuina fuit ita illuminata. ac ſi eſſꝫ dies clariſſima. ſm ꝙ fuerat ꝑdictum in pſalmo. cxxxvij. ⁊ nox ſicut dies illuminabit̄. ſaluator qui ē xp̄s dominus in ciuitate dauid .i. in bethleem. ⁊ hoc erit vobis ſignum. Inuenietis infantem pānis inuolutum. ⁊ nō ſericis inuolutū. Poſitum in pſepio. nō in pallatio. Et ſubito facta ē cum āgelo. qui tanꝙ̄ principal' inter alios nūciauerat xp̄i natiuitatē. multitudo militie celeſtis .i. angeloꝝ qui nomine militie deſignant̄: qꝛ ꝓ ſalute hominū cum demonibus preliant̄. vnde Apo. xij. Michael ⁊ āgeli eius preliabant̄ cū dracōe. laudātium dominū. de xp̄i natiuitate. ⁊ dicētium. Glā in altiſſimis dō. qꝛ licet eius glā vbiqꝫ luceat maxime tn̄ in excelſis .i. in celo empireo vbi eſt oīm ſāctoꝝ habitatio. Et in terra pax hominibꝰ bone volūtatis. Et notant̄ dicit pax in terra. ⁊ nō glā. qꝛ in terra ē pax. et in celo gloria. Annūciat̄ autē pax hominibꝰ bone volūtatis qꝛ regnum dei tm̄ valet quātum habes. Vn̄ Remigiꝰ. Si enim diuitias zachei nō habes ſi deſūt tibi duo minuta vidue ſi nec calicē aque frigide potes offerre offer deo bonam volūtatem. vn̄ Au. Coronat te deꝰ intus volūtatem vbi nō inuenit facultatē. vnde Criſ. Dextera tua plena ē muneribꝰ ſi fueris plena bona volūtate

Nō multis miraculis fuit declarata xp̄i natiuitas.

Natiuitas xp̄i ſm Innocentiū papam multis miraculis fuit declarata. Nam ipſa nocte obſcuritas noctis verſa eſt in diē. Item cū tēpoꝛe natiuitatis xp̄i ante ⁊ poſt fuiſſꝫ pax in omnibꝰ terris ⁊ ꝓuincijs. romani templū pacis pulcherrimum ꝯſtruxerūt. ⁊ cōſulētes apolinem deam ſuam ꝙdiu duraret templum hoc. Reſpōdit eis ꝙdiu ꝟgo nō pariet. his auditis dixerunt templū pacis ineternū manet. Impoſſibile em̄ credebāt virginē parere. vnde in foribꝰ templi ſcripſerūt. templum pacis manet ineternum. Sed ipſa nocte q̄ virgo peperit templum funditꝰ corruit. Itē ſcd̄m ꝓphetam Ihere. ſignum datum eſt eis: qꝛ omnia ydola corruerēt qn̄ virgo pareret. Et ꝓpter hoc ſacerdotes ydolorum imaginem ꝟginis puerum in gremio baiulātem fecerūt: ⁊ in ſecreto loco templi ponētes adoāuerūt. Item ex legenda lombartica habet̄ ꝙ ipſa die natiuitatis xp̄i ſtatua romuli ⁊ omnia ydola in diuerſis locis corruerūt. Item ipſo die tres ſoles in oriēte apparuerūt. qui paulatim in vnum corpꝰ ſolare redacti ſūt. Item innocentiꝰ papa dicit ꝙ fons aque in ipſa nocte in liquorem olei verſus eſt ⁊ tota die largiſſime manauit. fluēs vſqꝫ ad tiberim. Sicut ſibilla ꝓphetauerat ꝙ niſi erumperet fons olei nō naſceret̄ ſaluator. Itē innocentiꝰ papa dicit. ꝙ octauianꝰ imperator cum vniuerſum orbem iuriſdictioni romane ſubiugaret intm̄ ſenatui placuit vt eū ꝓ deo colerēt. Ad illoꝝ ergo inſtantiā ſibillā ꝓphetiſſam cōſuluit. ſi maior eo aliqn̄ naſceret̄. Cum ergo in die natalis xp̄i ſibilla in camera imperatoris orationibꝰ inſiſteret in die media aureus circulꝰ apparuit circa ſolem. ⁊ in medio circuli ꝟgo pulcherrima puerum geſtās in gremio. tūc ceſari oſtēdit. Admirās autē impator audiuit vocē dicētē. Hec ē ara celi. Dixitqꝫ ei ſibilla. Hic maior te ē ipſū iō adora. Eūdēqꝫ locū i hōre btē marie ꝟgis dedica

uerūt q̄ vſqꝫ hodie ſancta maria ara
celi dicit̄. Impator igit̄ illi puero ho
ſtias obtulit ⁊ ipſe deos ſuos decete
ro colere recuſauit. Huic dicto ɔcor
dāt thimotheus hiſtoriog̃phꝰ ⁊ oroſi
us ꝑ magna pte. Circa pn̄s euāge
liū vbi dr̄. Annūcio voƀ gaudiū ma
gnū. Notandū ꝙ magnū gaudium i
ſtat toti pplo xp̄iano de natiuitate fi
lij dei in hūana natura i ꝓximo reco
lenda ꝑ quem natura hūana ē ꝑ oīa
exaltata ⁊ oībꝰ bonis repleta. Natꝰ
eſt em̄ filiꝰ dei cum ſacco pleno oīm
gratiaꝝ ⁊ virtutū quas noƀ gratis
donauit. ad Ro. viij. Quo eciā non
oīa cū illo nobis donauit. ꝓpterea ā
gelꝰ dixit. Annūcio vobis gaudium
magnū qꝛ natus eſt nobis ſaluator.
Vbi ſciendū ꝙ primꝰ homo ſcȝ adā
productus fuit ſine patre ⁊ matre.
Secundus hō ſcȝ eua ꝓducta fuit ex
patre ſine matre. oēs alij hoīes ex pa
tre ⁊ matre. Reſtabat aūt quartꝰ
modꝰ vt q̄s ꝓduceret̄ ex matre ſine
pr̄e. Sic xp̄s hodie natꝰ eſt. Et i hac
quarta gn̄atione filij oēs in terrā ſuā
ſcȝ celeſtē ihr̄l'm per xp̄i meritū redi
erūt. Sicut in figura deꝰ dixit abrae
Geñ. xxv. Generatiōe autem quar
ta reuertētur.

¶ In diluculo Euāge. ſm Lucā. ij.

In illo tpe. Paſtores loq̄ban
tur ad inuicē. Trāſeamꝰ vſ
qꝫ bethleem ⁊ videamꝰ hoc
verbū qd̄ factum ē qd̄ fecit dn̄s ⁊ oſtē
dit nobis Et venerūt feſtinātes ⁊ in
uenerūt mariā ⁊ ioſeph ⁊ infantē po
ſitū in p̄ſepio. Videtes aūt ɔgnoue
rūt de verbo qd̄ dictū erat illis de pu
ero hoc. Et oēs qui audierūt mirati
ſūt ⁊ de his q̄ dicta erāt a paſtoribꝰ
ad ipſos. Maria aūt ɔſeruabat oīa
verba hec ɔferens in corde ſuo. Et cō
uerſi ſūt paſtores glorificātes ⁊ lau
dātes deū in oībꝰ que audierāt ⁊ vi
derāt ſicut dictū ē ad illos. Po.

Et factū eſt cū diſceſſiſſent āge
li ab eis. Hec hiſtoria ſignat̄ vt
ſupra. Ante iniciū illius euāgelij ſcri
bit ſanctꝰ lucas illud euāgeliū qd̄ ho
die in nocte xp̄i lectū eſt ⁊ ſtatim pꝰ
verba angeloꝝ laudātium deū ⁊ dicē
tiū. Gloria in altiſſimis deo. ⁊ in t̄ra
pax hoībꝰ bone volūtatis ſequit̄ hoc
pn̄s euangeliū. Et factū eſt cū diſceſ
ſiſſent āgeli ab eis in celū. paſtores
loquebant̄ ad inuicē. trāſeamꝰ vſqꝫ
bethleē Ly. Hic deſcribit̄ paſtoꝝ de
uocio qꝛ ſtatim poſt viſionē iſtam di
miſſo grege iuerūt ad videndū natū
Factū eſt poſtq̄ āgeli diſceſſiſſent ab
eis ſcȝ paſtoribꝰ in celū. i. poſtq̄ aſpe
ctibꝰ paſtoꝝ ſe abſtraxerūt aſcēden
tes in celū. Paſtores loq̄bant̄ ad inui
cē. ſcȝ de xp̄i natiuitate. Sicut ⁊ duo
diſcipuli eūtes in emaus de eius paſſi
one. Luce. xxiiij. dicētes. Trāſeamꝰ
vſqꝫ bethleē ⁊ videamꝰ hoc verbū. i.
pueꝝ natū per verba angeli noƀ ſig
nificatū. qd̄ fecit dn̄s ⁊ oſtēdit noƀ.
ſcȝ per angelū. ⁊ venerūt feſtinātes
Ly. ex deſiderio videndi xp̄m. ⁊ vt ci
tius redirēt ad gregē quē ſine cuſto
dia dimiſerāt. ⁊ inuenerūt mariā ⁊
ioſeph ⁊ infantē. i. xp̄m. poſitū in p̄ſe
pio. ſicut angelꝰ eis dixerat. videtes
autē ɔgnouerūt de verbo qd̄ dictum
erat illis de puero hoc. qꝛ nō ſolū fue
rūt illuminati exteriꝰ ſed eciā interi
us de ɔgnitiōe verbi. Et ſic ꝑ ɔgnitō
nē humanitatis venerūt ad cognitio
nem deitatis. Nec ſūt ſcādaliſati de
tāta pauptate ſed ꝑampliꝰ i fide ro
borati ſūt. Et ceperūt p̄dicare marie
et ioſeph cunctis aſtātibꝰ illam quā
viderāt claritatē ⁊ audierāt angeli
cos ymnos. Et oēs qui audierāt mi
rati ſūt de his que dicebant̄ a paſtori
bus ad illos Glo. Nō ſolum mirabā
tur de incarnatiōis miſterio ſed eciā

de tāta paſtorum atteſtatione quam ſimplices neſcirēt fingere inauditā: ſed ſimplia facūdia vera p̄dicarent. Maria autem cōſeruabat omnia verba hec. ſcꝫ quicquid angelꝰ ei retulerat gabriel: quicquid a paſtoribꝰ audierat quicquid experta fuerat. conferēs in corde ſuo. Ly. illa collatio erāt marie valde delectabilis ⁊ toti eccleſie vtilis: qui ſm̄ qḋ dicit Jherom. in ſermone de aſſumptiōe beate marie virginis. Ipſa poſt aſcenſionem filij ſui remāſit ad tempus in terris cum apoſtolis vt eos pleniꝰ inſtrueret de verbo incarnato de quo plenius erat edocta per ſpiritumſanctum. Et oīa familiariꝰ viderat ⁊ tractauerat vniuerſa ꝓpter quod melius exprimere poterat: qꝛ quod melius nouimꝰ melius ⁊ proferimꝰ. Et reuerſi ſunt paſtores. ſcꝫ ad gregem ſuū. glorificātes. ſcꝫ corde. ⁊ laudātes. ſcꝫ ore deum ꝺ beneficio toti mūdo collato generaliter: ⁊ eis oſtēſo ſpecialiter. in omnibꝰ que audierant. ſcꝫ ab angelis. ⁊ viderāt. ſcꝫ ꝓprijs oculis ſuis. ſicut dictum eſt ad illos. ſcꝫ per angelum qui annūciauit eis natiuitatem chriſti.

¶ In miſſa diei. Euangelium ſm̄ Johannem. i.

Act·ij· Loq̄bant᷑ varijs linguis apl̄i· ·ſerpentes tollēt· hoc patȝ in paulo· vnde Actu·xxviij·qui percuſſus a vipera·in nullo leſus fuit: ſed viperam pendētem ad manū eius in ignem excuſſit Et iacobꝰ apoſtolꝰ duos ingentes dracones remiſit in deſertū quos hermogenes ⁊ philetꝰ cōcitauerant cōtra eum· Et ſi mortiferꝫ quid biberint nō eos nocebit· hoc ad litteram impletum eſt in Johāne euāgeliſta· qui venenum bibit qđ ei non nocuit ·Super egros manus imponēt ⁊ bene habebūt qꝛ multi infirmi a diuerſis languoribꝰ ſūt curati ex impoſitōe manuum apoſtoloꝝ·⁊ ex tactu veſtimentoꝝ·immo qđ etiam plꝰ eſt·ex vmbra petri apoſtoli ſanabant᷑ infirmi·vt habet᷑ Act·ij·⁊·v· Item per manꝰ apoſtoloꝝ fiebāt ſigna ⁊ ꝓdigia magna in populo· Et nō ſolum infirmos curabāt· ſed ꝑ impoſitionē manuū ipſoꝝ dabat᷑ ſpūſſcūs·vt habet᷑ Act·viij· tūc imponebāt manꝰ ſuꝑ illos ⁊ accipiebāt ſpūmſcm̄· Et dn̄s q̄dem ihesus poſtq̄ͣ locutus eſt eis·ſcȝ hec omnia verba iam p̄dicta ⁊ plura alia q̄ habent᷑ Act·p̄· Aſſumptꝰ eſt i celum Ly·v̓tute ꝓpria ⁊ cum gratulatione totiꝰ familie celeſtis·vn̄ Ly·xxiiij· Et eleuatis manibꝰ ferebat᷑ in celum·⁊ benedixit eis·i·apoſtolis ⁊ alijs fidelibus Ex hoc loco in cōſuetudinē duxit eccleſia·vt ſicut dominꝰ ihesus poſtq̄ͣ omnibꝰ peractis aſcēdere voluit i celum·benedixit fidelibꝰ ſuis·qꝫ ſic ep̄i ⁊ ceteri p̄ſbiteri pacto diuino officio volētes iam ab altari recedere dāt ſuper populū benedictionē ſignātes eos ſigno ſancte crucis et imp̄cantes eis bona nomine ſācte trinitatis·⁊ ſedet a dextris dei·ſcȝ cōregnās patri in omni eq̄litate ſcđm deitatem· Illi autem Ly·ſcȝ apl̄i ⁊ xp̄i diſcipuli·ꝓfecti·ſcȝ ad mandatū dn̄i noſtri ihesu xp̄i·p̄dicauerūt vbiqꝫ Vnde in p̄s·xviij· In oēm terraȝ exiuit ſonꝰ eoꝝ ⁊c̄· dn̄o cooperāte· eos dirigendo ⁊ ꝓtegēdo·⁊ ſermo· cōfirmāte ſequentibꝰ ſignis Hug̃·ſuper Mar· Opera miraculoꝝ i exordio eccleſie neceſſaria fuerūt·vt fides miraculis nutriret᷑·modo nō ſūt neceſſaria·qꝛ fides eccleſie ꝯfirmata eſt·

¶ Circa p̄n̄s euāgelium ⁊ ſuper illa verba· Euntes in mūdum vniuerſum predicate euāgelium omni creature ⁊c̄· Notādum qꝫ ſm tho· de aquino Maximū miraculum xp̄i i terris fuit qꝫ per ſimplices mūdum ſubiecit fidei qꝛ apoſtoli fuerūt ſimplices ſm mundum ⁊ pauperes mechanici ſcȝ piſcatores ⁊c̄·⁊ nullꝰ nobilis niſi ſanctꝰ Bartholomeꝰ Vnde hic q̄rit᷑ q̄re non elegit xp̄us prudētes huiꝰ ſeculi·ſcribas qui fuerūt docti in lege nec diuites nec potētes· Reſpondetur ꝓpter certitudinem fidei qꝛ ſi ſapiētes ſeculi elegiſſet ⁊ miſiſſet ad p̄dicandum fidem xp̄ianam·tūc phoi ⁊ inimici fidei dixiſſent qꝫ fidem finxiſſēt cū prudentia ⁊ aſtutia·ſi diuites tūc dixiſſēt qꝫ per dona ⁊ munera homines induxiſſent ad fidem illam· Si autem potētes ⁊ nobiles·tūc dixiſſent qꝫ per potētiam ⁊ coactionem homines induxiſſent ad fidē· Sȝ vt nullū illoꝝ phoi allegare poſſent·igit᷑ ⁊c̄· Vn̄ hic notandū qꝫ xp̄s int᷑ oēs ſapiētes huiꝰ mūdi n̄ vnū ꝯuertit·ſcȝ gamalielē legis doctorē Et int᷑ oēs diuites ſolū zacheum· Et de oibꝰ nobilibꝰ ⁊ p̄ncipibꝰ niſi tres Nicodemū Centurionē ⁊ Regulū· Sȝ de paupibꝰ ⁊ ſimplicibꝰ ⁊ ignobilibꝰ multos ꝯuertit Quia xp̄iani a paupibꝰ ⁊ ſimplicibꝰ ortum habuerūt·vn̄ Apoſtolꝰ·videte vocatōnē veſtrā frēs qꝛ nō multi ſapiētes ſm carnē nō multi potētes; ſed infirmos mūdi elegit deꝰ·

Dominica poſt aſcenſionem domini. Euā. ſm Jo. xv.

In illo tempore Dixit iheſus diſcipulꝭ ſuis. Cum venerit paclitꝰ quem ego mittam vobis a patre ſpūm veritatis qui a patre ꝓcedit. ille teſtimonium perhibebit de me ⁊ vos teſtimonium perhibebitis. qꝛ ab inicio mecū eſtis Hec locutꝰ ſum vobis vt nō ſcādalizemini. abſqꝫ ſynagogis faciēt vos Sed venit hora vt omnis qui interficit vos. arbitretꝛ ſe obſequium preſtare deo. Et hec faciēt vobis. qꝛ nō nouerūt patrem neqꝫ me. ſed hec locutꝰ ſum vobis. vt cū venerit hora eorum reminiſcamini: quia ego dixi vobis

Poſtilla

Cum venerit paclitꝰ ⁊c̄. Jo. xv. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta ē. Anno xpi. xxxiij. ix. kał. aprił. luna xiiij. feria. v. ſcꝫ in cena dñi. indictione vi. Ante inicium illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Jo. in eodem ca. ꝙ xps dixit diſcipulis ſuis. ſi opa nō feciſſem in eis q̄ nemo aliꝰ fecit peccatum nō haberēt. Nūc autem viderunt ⁊ oderūt me ⁊ patrem meū. Sed vt ipleatur ſermo qui in lege eoꝝ ſcriptꝰ eſt qꝛ odio habuerūt me gratis Tūc ſtatim ſequitꝛ euāgelium hodiernū. Cū venerit paclitꝰ. poſtq̄ xpus dixerat apłis de iudeis. Si me ꝑſequūtur. ⁊ vos ꝑſequentꝛ. Nec deſperēt ⁊ nimiū turbentꝛ. ꝓmiſit eis ſpūm ſcūm mittere quo ꝯfortati oēs ꝑſecutiōes vincerēt ⁊ tollerarēt. ergo dr̄. Cū autē venerit paclitꝰ Ly. i. ꝯſolator. Per. dicit. Spūs. i. merētiū ꝯſolator. quē ego mittam vob̄ a patre. Ly. in hoc oñdit ſpūm ſcūm a ſe ꝓcedere. inq̄tum dicit ſe illum mittere. Spūm veritatis. qꝛ docet vos oēm veritatem ſed ecōtrario ſpūs malignꝰ docꝫ oē mēdacium. q a patre ꝓcedit. Tho. ex hoc arguūt greci ſpūm ſcūm tātū procedē a patre ⁊ nō a filio. ſed hoc nō eſt verꝝ. qꝛ quicq̄d a p̄re dr̄ ꝯuenit filio. ergo xpiani tenentꝛ credere ꝙ ſpūs ſcūs ꝓcedit a patre ⁊ a filio. Ille teſtimoniū ꝑhibebit de me Nā ſpūs ſcꝫ teſtimoniū ꝑhibuit xp̄o ī hoc ꝙ apoſtolos tales fecit ꝙ ſciuerūt ⁊ audebāt p̄dicare euāgelium ⁊ fidem xp̄i coram omnibꝰ ⁊ intrepide. ꝙ ei hoīes p̓us illitterati ⁊ ſimplices de ꝓfunditate ſcripturaꝝ ſubito plene loquebantꝛ. ⁊ in oibꝰ linguis fuit maximū ſignum ad ꝯfirmādam fidem xp̄i. et vos teſtimoniū perhibebitis. ſcꝫ predicādo omnibꝰ populꝭ. Quia ab inicio mecum fuiſtis. Ly. Non eſt intelligēdum ꝙ fuerūt cum eo in pn̄cipio vite eius. ſed ab inicio p̄dicationis ſue qn̄ incepit docere ⁊ miracula facere. Hec locutꝰ ſum vobis. ad cōfortationem veſtram cōtra futuras tribulationes. vt nō ſcādalizemini. ſcꝫ cadēdo per impatiētiā quādo eueniēt nobis. Abſqꝫ ſynagogis faciēt vos. iam enim iudei cōſpirauerūt ꝙ ſi quis ꝯfeſſus eſſꝫ xp̄m. extra ſynagogam eijceretꝛ. Et talis eiectio de ſinagoga reputabatꝛ magna. Sicut apd̄ xp̄ianos eiectio de eccleſia p maiorē excōmunicationē. Et ipſa excōmunicatio valde timēda eſt cuilibꝫ xp̄iano qꝛ ſepat a deo ⁊ a ſanctis ⁊ a ſacramentis ⁊ a cōmunione fidelium. Et ipſe excōmunicatꝰ eſt q̄ſi palmes abſciſus a vite. vtꝫ Joh. xv. Ego ſū vitis vera ⁊ vos palmites. Sed veīt hora. Gor. hora iſta fuit tempus predicatiōis apoſtoloꝝ. Vt omnis qui interficit vos arbitretꝛ ſe obſequium p̄ſtare deo. Omnis enim iudeꝰ occidēs xp̄i p̄dicatores putat ſe obſequium preſtare deo. credēs ꝙ deſerēt deum iſrł. quicūqꝫ ꝯuerteretur ad xp̄m. Ita fuerunt iudei excecati ⁊ ignorantes Sed illa ignorātia non excuſabat eos · qꝛ illa ꝓcedebat ex odio ⁊ inuidia ↄtra xp̄m ⁊ ↄtra doctrinam eiꝰ · Hec facient vobis · qꝛ non nouerunt patrem neqꝫ me Hoc dicit eis in cōsolationem · quasi diceret scđm Cri · Sufficiat in cōsolationem hec pati ꝓpt̄ patrem ⁊ ꝓpter me · sed hec locutus sum vobis vt cum venerit hora eoꝝ reminiscamini qꝛ ego dixi vobis Ly · ista enim p̄dixit xp̄s apostolis vt ꝓuiderēt sibi de patiētia · qꝛ minus feriunt iacula p̄uisa · vt đt Gre · Circa p̄ns euangelium vbi đr · vos testimonium perhibebitis · Notādum ꝙ hugo de prato đt · ꝙ xp̄s habuit testimonium de omni loco ⁊ ab omni creatura · Nam omnia testificata sunt xp̄m suū autorē esse · Nā de celo hūit testimonium patris ⁊ sp̄ussancti · Lu · iij · Descēdit sp̄ussanctꝰ corpali sp̄ē sicut columba in ipsum · Et vox patris de celo audita est · hic est filiꝰ meꝰ dilectus Mat · iij · Item testimoniū angeloꝝ · vtꝫ Lu · ij · Euāgeliso vobis gaudium magnum qꝛ natꝰ est nobis saluator · Item celi dum ipso orāte aperti sūt super eum ⁊ testati sūt ipsū esse verꝫ deum · Lu · iij · Item de paradiso et đ limbo patrum habuit testimonium moysi ⁊ helie · vtꝫ Mat · xvij · Apparuerūt ei moyses ⁊ helias · Itē corpora sanctoꝝ surrexerunt · vtꝫ Mat · xvij · Item demones ei testimonium reddiderūt · vtꝫ Lu · iij · Exibāt demonia clamātia ⁊ dicentia · Quia tu es xp̄s filius dei viui · Item de mūdo habuit testimoniū · xij · apostoloꝝ · lxxij discipuloꝝ ⁊ multorum aliorum. vtꝫ Act · iiij · virtute magna reddebant apostoli testimonium ihesu xp̄o · Iteꝫ habuit testimoniuꝫ ab omni creatura · Nam stella noua in sua natiuitate testificata est · vtꝫ Math · ij · Vidimus stellam eius in oriēte · Item sol obscuratꝰ in morte eius ⁊ ꝓtestatꝰ est eū esse deum Lu · xxij · Item mare dum se solidum p̄buit ipsum ↄfessuꝫ est Lu · vi · Item infernꝰ dum quos tenebat reddidit ipsum autorē vite esse ꝓtestatꝰ est · p̄s · xxiij · Itē terra dum ipso moriēte ⁊ resurgēte tremuit · Item panes ⁊ pisces dum ad eiꝰ imperium mltiplicati sūt ipsū esse deum demōstrabāt · vtꝫ Jo · vi · Opera que ego facio ipsa sunt q̄ testimoniū ꝑhibēt de me · ⁊ breuiter omnis creatura p̄ter peccatorem qui ipsum negat factis · testimoniū xp̄o reddidit · Vnde ap̄ls ad Tytū · p̄ · Cōfitētur se nosse deum · factis aūt negant · peccator quandoqꝫ ꝓ vno denario negat xp̄m cū in noīe eius scienter piurat · Sequit̄ hic in euāgelio p̄nti · Absqꝫ sinagogis facient vos Vbi notādum ꝙ excōmunicatio maior valde timēda est ꝓpt̄ tria · Primo qꝛ excōmunicatus sepatur a deo ⁊ ab omnibus xp̄i fidelibꝰ tam ī vita ꝙ in morte sicut palmes a vite · vtꝫ Jo · xv · Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites · ⁊ sicut palmes abscisa nihil valet amplius nisi ad igneꝫ · sic excōmunicatꝰ maiori excōmunicatiōe · Secūdo qꝛ excōmunicatus priuat̄ merito passionis xp̄i ⁊ oim sanctoꝝ · ⁊ etiā oibꝰ missis · orationibus · elemosinis · ⁊ oibus suffragijs · ⁊ indulgētijs · ⁊ oibus bonis ecclesie · ⁊ oino ⁊ totalit̄ remanet nudꝰ ⁊ miser ⁊ miserabilis ⁊ paup ⁊ cecus · Et ꝓpterea đt Aug · Nihil debet xp̄ianus sic formidare sicut separi a corpe xp̄i · scꝫ p excōmunicationē maiorē. Tercio qꝛ excōmunicatꝰ mltos inficit qꝛ oēs qui pticipāt ei scienter publice denūciato · Vnde dicit̄ in decretis Cōmunicās excōmunicato idebite excōmunicationē incurrit · xi · q · iij · p̄apue · ⁊ ca · si quis episcopꝰ Vnde est morbꝰ cōtagiosus sicut lepra · ideo ab hominibus sicut lepra debet

In istis verbis [illegible] dicit Jhesus dicit si quis diligit me sermonem meum [illegible] cogitat a [illegible] an [illegible] quod [illegible] et [illegible] seruabit

vitari · Nam magna infamia est ⁊ vituperium ab ecclesia expelli vel vitari ab hominibꝰ sicut leprosus · Vñ excōmunicatꝰ est magis infamis ꝙ̄ iudeus vel sarracenꝰ · qꝛ cum illis habꝫ plꝰ loqui ꝙ̄ cum excōmunicato · Vñ dicit̄ in decretis Pagano plꝰ licet cōmunicare ꝙ̄ excōmunicato · xi · q · iij · ad mēsam · Ex iam dictis patꝫ ꝙ periculosum est cōicare excōmunicato · Sed peccatis nostris exigētibꝰ de excōmunicatōe maiori hodie curat̄ modicum · Sed de ꝑticipatione cum excōmunicatis q̄si nihil curat̄ · vnde hoc exemplum legit̄ · ꝙ demoniacꝰ interrogatꝰ a quodā an excōmunicatio vel peccatū plꝰ placeat diabolo Respondit excōicatio maior · qꝛ per illuz plures inficiūtur · ⁊ q̄nqꝫ excōmunicatꝰ ducētos inficit vno die sicut in cōuiuijs · in zechis ⁊ sic de alijs ·

¶ In die sancto Penthecostes Euā · scdm Jo · xiiij ·

In illo tempore · Dixit ihesus discipul̄ suis · Si quis diligit me sermonē meum seruabit · ⁊ pater meꝰ diliget eū Et ad eum veniemꝰ · ⁊ māsionē apđ eum faciemꝰ · Qui nō diligit me · sermones meos nō seruat · Et sermonē quem audistis nō est meꝰ · sed eius qui misit me patris · Hec locutꝰ sum vobis · apud vos manēs Paraclitꝰ autē spūs quem mittet pater in nomine meo Ille vos docebit omnia ⁊ suggeret vobis omnia quecūqꝫ dixero vobis Pacem relinquo vobis pacem meam do vobꝭ · nō quomodo mūdus dat ego do vobꝭ · Non turbet̄ cor vestrū neqꝫ formidet Audistis qꝛ ego dixi vobis · vado ⁊ venio ad vos · Si diligeretis me · gauderetis vtiqꝫ · qꝛ vado ad patrem qꝛ pater maior me est · Et nūc dixi vobis priusq̄ꝫ fiat · ⁊ cum factum fuerit credatis · Jā non multa loq̄r vobiscum · venit enim p̄nceps huiꝰ mūdi ⁊ in me nō hꝫ quicq̄ꝫ Sed vt ꝯgnoscat mūdꝰ qꝛ diligo patrem · Et sicut mādatum dedit mihi pater sic facio ·

Postilla ·

Si quis diligit me sermonē meum seruabit · Jo · xiiij · Hoc euāgelium locutꝰ est dñs ad discipulos suos Anno eiꝰ · xxxiij · ix · kal̄ · april̄ · luna · xiiij · v · feria cene dñi indictione vi · Ante inicium illiꝰ euāgelij scribit sanctꝰ Jo · in eodem ca · ꝙ xp̄us dixit discipulis suis · qui hꝫ mandata mea et seruat ea · ille est qui diligit me · qui autem diligit me · diliget̄ a pr̄e meo ⁊ ego diligam eum ⁊ manifestabo ei meipsum · tūc sequit̄ euangeliū hodiernum · si quis diligit me · wilhelmꝰ Hodie recolit ecclesia illam supabūdantē ⁊ excellētiam donationeꝫ spūs sancti · que facta est discipulis quinquagesima die a resurrectione quādo repleti sūt omnes spū sancto sed qꝛ spiritꝰ sanctꝰ qui est amor patris ⁊ filij hodie mittit̄ · idcirco hodie legit̄ euāgelium in quo agit̄ de dilectione quam deꝰ nobis infundit per spiritum sanctum · si quis diligit me scꝫ affectu hoc ostēdit effectu qꝛ videlicet · sermoneꝫ meum seruabit ⁊ pater meꝰ diliget eum · per qđ ostēdit se vnum cum patre in essentia · ⁊ ad eum veniemꝰ · Vuilhelmus · Ego ⁊ pater ⁊ spūs sanctꝰ · ⁊ māsionē apđ eum faciemus · in presenti per grām et in futuro per gloriam · Qui nō diligit me · sermonem meum nō seruabit · Ly · tales sūt mundani homines et peruersi · ⁊ sermonem quem audistis non est meꝰ · supple tantum · sed eius qui misit me patris · Hec locutꝰ sum vobis apud vos manēs · scilicet presentia corporali · Paraclitꝰ autem spiritꝰ sanctꝰ quem mittet pater in noīe meo · Tho · ad laudem ⁊ gl̄am nominis mei · ille vos docebit omnia

Ly .i. faciet vos ĩtelligē oīa q̄ dico vobis. Apl'i adhuc erāt rudes ⁊ i tiore positi ex auditu paſſiōis xp̄i. Jō ad vba xp̄i n̄ diligent̄ attēdebāt ⁊ ꝑ ꝯn̄s non capiebāt ea ad plenū ꝓpt̄ qđ dt grām ſpūſſci p⁹ ea ſupplē iſtū defectū ⁊ ſuggeret vob̄ oīa q̄cūqꝫ dixero vobis .i. ad meōriā vob̄ reducet oblita Qꝛ apl'i multa de ill' q̄ xp̄us dicebat obliti ſūt tiore paſſiōis cōcuſſi. Pacē relinquo vob̄ .i. itur⁹ ad p̄rēm relinquo vob̄ pacē tēporis in p̄ñti ⁊ pacē meā do vob̄ .i. et̄nitatis i futo. nō q̄uo mūd⁹ dat ego do vob̄. q.d. nō do vob̄ pacē mūdanā que ē breuis. ꝑma ad Theſſa. v. Cū ei dixerit pax ⁊ ſecuritas tūc repētin⁹ eis ſupueniet iterit⁹. nō turbet̄ cor veſtrꝝ Li ⁊ nō ꝯtbari debetis de receſſu meo .i. de morte mea. neqꝫ formidꝫ Li. hoc addit eos aſſecurādo: qꝛ timebāt mori cum eo. Audiſtis qꝛ ego dixi vob̄ vado Tho. ſcꝫ ꝑ paſſionē vt parē vob̄ locū ⁊ venio ad vos p⁹ reſurrectionē meā vt vos illuc itroducā. vtꝫ Jo. xiiij. Si abiero et p̄parauero vob̄ locū iterꝝ venio ⁊ accipiā vos ad meipſū ⁊ vbi ego ſū ⁊ vos ſitis Si diligeretis me. ſcꝫ pura ⁊ ſincera dilectiōe ab oī carnali abſtracta. gaudētis vtiqꝫ qꝛ vado. ẜm ꝙ hō. ad p̄rem. ſcꝫ ad ei⁹ glām. qꝛ p̄r maior me ē Li. nō ẜm deitatē i q̄ fili⁹ e⁹ eq̄l' p̄ri ē. ẜ ẜm hūanitatē i q̄ fili⁹ minor eſt p̄re. ⁊ nūc Tho. exn̄s vobiſcū paſſibil' ⁊ mortal'. dixi vob̄. ſcꝫ ꝙ ꝑ paſſionē vado ad p̄rēꝫ. p̄uſq̄ fiat vt cū factū fuerit remiſcami. Ly. ſcꝫ ꝙ nō tm̄ ſū hō ẜ eciā de⁹ q̄ certitudialit̄ p̄dico futa ꝯtigētia. qđ ē ꝓpriū ipſi⁹ dei. ẜm ꝙ dꝛ Jſa. xli. Annūciate nob̄ q̄ futa ſunt. ⁊ dicem⁹ ꝙ dij eſtis. Jā nō multa loq̄r vobiſcū .i. in hoc moꝛ̄li corpe exn̄s. qꝛ tps ſue captōis erat ꝓpiquū. Venit ei p̄nceps h⁹ mūdi Tho. .i. diabol⁹ q̄ p̄ncipat̄ amatorib⁹ hui⁹ mūdi ⁊ regit eos q̄ ſpōte ꝑ pctm̄ ſe ei ſbijcerūt. venit ei i miſtris ſuis ad me capiēdū ⁊ ducēdū ad mortē. ⁊ in me nō hꝫ q̄cq̄ .i. nullū pctm̄. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nullā mortis cām. qꝛ mors itrauit mūdū ꝑ pctm̄. ad Ro. v. ẜ vt ꝯgnoſcat mūd⁹ .i. hūanū gen⁹. qꝛ diligo p̄rēꝫ. q.d. Nō morioꝛ qꝛ habeā culpā ẜ vt impleā p̄ris obediāꝫ. c⁹ volūtas ē vt ꝑ ſiat redēptō hūani ḡnis q̄ nō p̄t cōpleri ex dei ordiatōe n̄ ꝑ mortē meā. Et ſicut mādatū dedit mihi p̄r ſic facio .i. ex obediā p̄ris libēt̄ ſubeo mortē. Circa p̄n̄s euāgeliū vbi dꝛ. Ad eū veniem⁹ ⁊ māſionē apđ eū facie⁹.

Notādū ꝙ hug. đ p̄to dt ꝙ apl'i fuerūt pleni ſpūſcō. ꝙ oñdit̄ q̄druplici ſigno. Primū ē i t̄bulatōib⁹ ⁊ ifirmitatib⁹ nō murmurare. Nā vas plenū n̄ reſonat dū tāgit̄: ẜ vacuū. Sic apl'i in ifirmitatib⁹ nō murmurauerūt. vtꝫ Lu. x. Ecce ego mitto vos ſic agnos in medio lupoꝝ. imo apl'i nō ſolum murmurauerūt i ꝑſecutōib⁹ ⁊ t̄bulatōib⁹ ẜ ⁊ gaudebāt. vtꝫ Act. v. Jbāt apl'i gaudētes a ꝯſpectu ꝯſilij q̄m digni habiti ſunt ꝓ noīe ihū ꝯtumeliā pati Vn̄ apl's ad Ro. v. ẜ ⁊ gl'amur in t̄bulatōib⁹ Secūdū ē firmit̄ ꝯſiſtē Nā res plena ſtat firma. Sic apl'i p⁹ q̄ ſpm̄ſcm̄ receperūt i fide ⁊ bōis operib⁹ firme ſteterūt. Nā nec reges nec principes mūdi cū tormētis Nec caro ꝓpria cū oblectamētis: nec demōes cū tēptamētis potuerūt ipōs mouē. vtꝫ Ro. viij. Quis nos ſepabit a caritate dei. q.d. null⁹ Terciū ē de plenitudie effūdē. Nam fōs plen⁹ effūdit aquā Sic apl'i tq̄ plen⁹ fōs ⁊ ſup excreſcēs totū mūdū ḡtijs ⁊ dōis ſpūalib⁹ repleuerūt. vtꝫ Heſter. x. Fōs ꝑu⁹ creuit i fluuiū maxim ⁊ i aq̄s pluuias redūdauit Q̄rtū ē nihil pl⁹ recipe Nā vas plenū nihil pl⁹ recipit. ſic apl'i nihil t̄renū ⁊ a ſpūſcō alienū re ceperūt Vnde nec diuicias. nec honores. nec delicias corpis ampliꝰ recipere voluerūt. vtꝫ Math. xix. Dixit petrꝰ apoſtolꝰ. ecce nos reliquimꝰ omnia ⁊ ſecuti ſumꝰ te Vnde etiam apoſtolus Paulꝰ ad Phił. iij. Omnia arbitratꝰ ſum vt ſtercora vt xp̄m lucrifacerem ⁊c̄. Si autē quis vult ſcire an ſpūſancto plenꝰ ſit. p̄dicta q̄tuor in ſe cōſideret ⁊ ſic bonaꝫ ſpem habeat. ꝙ hodie recipit ſpiritūſanctū cū apoſtolis.

¶ Feria ſecūda. Penthe. Euā. ſcđm Joh. iij.

In illo tēpore. d. i. d. ſ. Sic deus dilexit mūdum vt filium ſuū vnigenitū daret. vt omnis qui credit in eum nō pereat. ſed habeat vitā eternā Nō em̄ miſit deꝰ filium ſuū in mūdum vt iudicet mūdum: ſed vt ſaluet̄ mūdus ꝑ ipſum. Qui credit in eum nō iudicat̄. Qui autem nō credit iam iudicatꝰ eſt. qꝛ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt autꝫ iudiciū qꝛ lux venit in mūdum ⁊ dilexerunt hoīes magis tenebras quā lucē. Erāt enim opa eorum mala Oīs em̄ qui male agit odit lucem. ⁊ nō venit ad lucem. vt nō arguant̄ opa eius Qui aūt facit veritatē. venit ad lucē vt manifeſtent̄ opa eius quia in deo ſunt facta.

Poſtilla

Sic deꝰ dilexit mūdū. Jo. iij. Hiſtoria huiꝰ euāgelij cōpleta eſt Anno xp̄i. xxxiij. viij. kał. ap̄lis feria vi. indictōe. vi. luna. xv. ſed dn̄s hec locutꝰ eſt Anno eiꝰ. xxxij. vi. nonas maij. ſabbato luna. xiij. indictōe. v. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcri. ſan. Jo in eodē ca. ꝙ xp̄s dixit diſcipuł ſuis Sicut moyſes exaltauit ſerpentꝫ in deſerto. ita exaltari oportet filiū hominis. vt omnis qui credit in ipſum nō pereat ſed habeat vitam eternā Tūc ſtatim ſequit̄ euāgelium hodiernū. Sic deus dilexit mūdum. i. hoīem. vt filiū ſuū vnigenitū daret Li. q̄ ē bonū infinitū Ex quo apparet maxima dei dilectio. vtꝫ Ro. viij. qui ꝓprio filio ſuo non pepcit ſed ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illū. daret. Tho. non vt venderet ſꝫ daret ḡtis ⁊ liberaliter q̄ nullis meritis nr̄is exigētibꝰ eſt incarnatꝰ ⁊ crucifixꝰ. vt oīs qui credit in eum Tho. fide ꝑ dilectionē operante et vſqꝫ in finē ꝑſeuerāte. nō pereat ſed habeat vitā eternā Tho. Modo in ſpe ſed tūc in re. Nō em̄ miſit deꝰ ſcꝫ pater. filiū ſuū in mūdum vt iudicet mūdū Li. ſcꝫ in pͥmo aduētu ſuo tūc em̄ nō venit iudicare ſed magis iudicari ꝓ mūdi ſalute. iō ſequit̄. ſꝫ vt ſaluet̄ mūdꝰ per ipſū. vtꝫ Jo. xij. Nō veni vt iudicē mūdum ſed vt ſaluificē mūdum. Qui credit in eū Li. tendēdo in eū ꝑ caritatē. Nō iudicatur. i. nō hꝫ cām vñ cōdemnet̄. qui āt nō credit iam iudicatꝰ eſt Li. i. hꝫ in ſe cām manifeſtā ſue ꝯdēnationis. qꝛ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū. i. cauſa dānationis. qꝛ lux. Li. i. xp̄s q̄ eſt lux vera. venit in mūdū. ſcꝫ carnē aſſumēdo ⁊ in ea apparēs ſalutē hūani gn̄is opādo. ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras. Tho. i. delicias carnis ⁊ diuitias mundi. ꝙ lucē. i. apertam p̄dicationē xp̄i arguētem pctā. Erāt enim eoꝝ opa mala Tho. q̄ a luce diſcordāt ⁊ tenebras querunt. ⁊ ideo dicunt̄ opera tenebraꝝ. Oīs enim q̄ male agit. i. qui in malis opibus delectat̄. odit lucem que tn̄ naturaliter oībꝰ eſt amabił. et nō venit ad lucē vt nō arguant̄ opa eiꝰ Tho. Oīs em̄ qui delectat̄ in mał opibꝰ ſubterfugit lucē p̄dicatōnis ⁊ veritatis. ⁊ odit eos qui mala ſua manifeſtāt ⁊ rephendūt. Qui āt facit v̄itatē. i. opa cōformia volūtati dei· vēit ad lucem.i.in palam· vt manifeſtent̄ opa eius· Tho· ſcꝫ ad aliorum exemplar ⁊ edificationem· qꝛ in deo ſūt facta.i.ad gloriam dei· Circa pn̄s euāgeliū vbi dr̄· Sic deꝰ dilexit mūdum di. Hugo de p̄to· ꝙ maxima caritas dei patris ad hoīez q̄ꝛtum ad quatuor demōſtrat̄. Primo qꝛ filium ſuū hoīem ⁊ naturam humanam tā q̄ꝙ in ſponſam ſibi accepit· vt cantat̄ Hodie celeſti ſpōſo iuncta eſt eccleſia· Ecce mirabilis amor· ꝙ imperator diues· potēs· ⁊ pulcher· ſapiēs ⁊ eternus· accepit pauperculam· inualidā inſipiētem· ⁊ morte cōdemnatā· Ad Heb· ij· Nuſq̄ꝙ angelos apprehēdit ſ; ſemē abrahe· Secūdo in eo ꝙ eundē filium poſtq̄ꝙ carnem aſſumpſit· fecit trigintatribꝰ annis ſeruire hominez erudiēdo ⁊ informādo ⁊ tādem ꝓ ipſo redimēdo ꝯſtituit eum mori· Tercio in eo ꝙ hoīes ſibi in filios adoptauit ⁊ frēs xp̄i eſſe voluit· vn̄· p̄· Jo· iij· Videte qualem dilectionez dedit nobis deꝰ· vt filij dei nominemur ⁊ ſimꝰ· Quarto ꝙ homines ſic redemptos ⁊ in filios adoptatos heredes regni ſui fecit cū filio ſuo iheſu xp̄o Ad Ro· viij· Filij dei ſumꝰ Si autem filij et heredes quidem dei· coheredes autem xp̄i·

¶ Feria tercia Penthecoſt· Euangelium ſcd̄m Joh· x·

In illo tempore Dixit iheſus diſcipul̄ ſuis Amē amen dico vobis Qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcēdit aliūde hic fur eſt ⁊ latro· qui autez intrat per oſtiū paſtor eſt ouium huic oſtiarius aperit· ⁊ oues vocem eius audiunt Et ꝓprias oues vocat nominatim ⁊ educit eas· Et cum ꝓprias oues emiſerit· ante eas vadit et oues illum ſequūtur: qꝛ ſciunt vocem eius· Alienum autem nō ſequūtur ſed fugiunt ab eo: quia nō nouerūt vocem alienoꝝ· Hoc ꝓuerbium dixit eis iheſus Illi autem nō cognouerūt quid loqueret̄ eis Dixit ergo eis iterum iheſus Amē amen dico vobis: qꝛ ego ſum oſtium ouium· Omnes quotquot venerūt fures ſūt ⁊ latrones· Sed nō audierūt eos oues· Ego ſū oſtium ouiū· per me ſi quis introierit ſaluabitur ⁊ ingrediet̄ ⁊ egrediet̄ ⁊ paſcua inueniet· Fur nō venit niſi vt furet̄ ⁊ mactet ⁊ pdat· Ego veni vt vitam habeāt· ⁊ abundantiꝰ habeāt

Poſtilla

Amen amē dico vobis ⁊c̄· Jo· x· Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt Anno xp̄i· xxxij· vi· kal̄· octobris ſabbato· indictione· v· lūa· xij· Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Jo· in p̄cedenti ca· ꝙ xp̄s dixit· in iudicium ego in hūc mūdum veni· vt qui nō vident videāt· ⁊ qui vident ceci fiant· Et audierūt ex phariſeis qui cū ipſo erāt· Et dixerunt ei· nūquid ⁊ nos ceci ſumꝰ Dixit eis iheſus Si ceci eſſetis nō haberetis peccatū Ly· qꝛ ſi nō vidiſſet opa xp̄i· haberēt aliquā excuſationez de hoc ꝙ nō crediderūt Nūc vero dicitis qꝛ videmꝰ peccatum veſtꝝ manet.i. aggrauatur· Tūc ſtatim ſequit̄ euāgeliū hodiernū· Amen amen dico vobis· Tho.i.in veritate dico vobis· qui nō intrat per oſtiuz .i. per me humilem ⁊ pauperē· in ouile ouium.i.in ꝯgregationē fideliū ⁊ in eccleſiam dei in q̄ grex diuinꝰ continet̄· ſed aſcēdit aliūde· ſiue per pecuniam ſiue per falſam iuſticiā ſiue per violētiam· Ille fur ē· rapiēdo quod non eſt ſuū· ⁊ latro· retinendo quod rapuit Ly· hoc faciūt mali homines ſtatum prelatiōis indebite aſſequentes· Qui autem intrat per oſtium· id eſt per xp̄m· Paſtor eſt ouium huic oſtiarius aperit· Ly· id eſt ſpiritꝰ ſanctus reuelat veritatem· vt ſciat oues paſcere · ⁊ oues vocem eiꝯ audiunt · Ly .i. doctrinam recipiunt · ⁊ ꝓprias oues vocat nominatim .i. certiſſime nouit dominꝯ qui ſūt eius · ⁊ vocat eas · nō ſolum voce exterioris predicationis ſed interne inſpirationis · ⁊ educit eas · Ly · de tenebris ignorātie · Et cum ꝓprias oues emiſerit ante eas vadit · per exempla bonoꝝ operum · ⁊ oues illum ſequūtur · ſcꝫ exempla ⁊ veſtigia ſui paſtoris · qꝛ ſciunt vocem eius · per inſpiratiōes diuinas · Alienum autem non ſequūtur · ſcꝫ qui eſt alienꝯ a deo vita ⁊ doctrina · ſicut eſt hereticus ⁊ quilibꝫ ꝑuerſus doctor · ſed fugiūt ab eo quia nō nouerūt vocem alienorum .i. non approbāt nec ſequūtur Gor · Iſti alii enim ſunt pſeudo xp̄iani ⁊ pſeudo ꝓphete · de quibꝯ dicit̄ Mat · vij · Attendite a falſis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos in veſtimētis ouium · intrinſecus aūt ſūt lupi rapaces · Hoc ꝓuerbium dixit eis iheſus illi autem non ꝯgnouerūt quid loqueret̄ eis Tho .i. nō intellexerūt quis eſſet paſtor · quis fur · ⁊ que oues : dixit ergo eis iterum iheſus Amen amen dico vobis · qꝛ ego ſū oſtium ouiū · per qđ intrant oues ad fidem Omnes quotquot venerūt ante me · Tho · ſcꝫ ex ſe non miſſi vel non inſpirati a deo · fures ſūt · rerum et dignitatum · ⁊ latrones · animaꝝ quia eas occidunt per falſam doctrinam · Ego ſum oſtium · per me ſi q̄s introierit · ſcꝫ in eccleſiam ⁊ ſocietatem fidelium · ſaluabit̄ · per grām · ⁊ ingrediet̄ · ſcꝫ ad cōtemplationeꝫ deitatis · ⁊ egrediet̄ · ſcꝫ ad conſiderationē gl'oſe hūanitatis in xp̄o · ⁊ paſcua inueniet · qꝛ vtraqꝫ ꝯſideratio erit delectabil' ⁊ iocūda · vtꝫ Iſa · xxxiij · Regē in decore ſuo videbūt · fur .i. quicūqꝫ ꝑ me nō ingrediet̄ · nō venit niſi vt furet̄ .i. vt ſibi vſurpet dn̄atum ⁊ honorē in plebe · ⁊ mactet · ꝑ falſaꝫ doctrinā · ⁊ ꝑdat .i. mittat in damnationē eternā · Ego veni vt vitā habeāt Tho · in p̄nti per grām · ⁊ abūdantiꝯ habeāt · in futuro ꝑ gl'am · Vñ apl's p̄ · Coꝝ · ij · Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēdit · que p̄parauit deꝯ his qui diligūt eum

¶ Circa p̄ns euangeliū vbi dr̄ · Per me ſi q̄s introierit · Notandū ꝙ Hugo de prato dr̄ · ꝙ xp̄s dei filiꝯ ꝓpter noſtrā ſalutem q̄tuor itinera pegit · Primū fuit de celo in terrā veniēdo qñ carnem aſſumpſit de gl'oſa v̾gie maria · Jo · xvi · Exiui a patre ⁊ veni in mūdum · Et hoc iter fuit penoſum qꝛ penalitates hūane nature aſſumpſit · vtꝫ Iſa · liij · Vere lāguores nr̄os ipſe tulit · ⁊ dolores noſtros ipſe portauit · qꝛ hic in mūdo · xxxiij · ānis vixit ⁊ nunq̄ riſit · Secundum iter fuit de mūdo ad inferos deſcendendo · qñ ſedētes in tenebris viſitauit ⁊ hoc fuit iter victorioſum · qꝛ portas inferni cōfregit · Tercium fuit de iferno ad mūdum redeūdo · qñ confractis inferis cum magna p̄da a mortuis reſurrexit · Quartū fuit de mūdo ad celū aſcendēdo · qñ in die aſcēſionis videntibꝯ apl'is eleuatꝯ eſt ⁊ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ · ⁊ hoc iter fuit valde gaudioſū · Vñ p̄s · Aſcēdit deus in iubilatione ⁊ dominus in voce tube.

¶ Feria quarta · Penthe · Euan · ſm Joh · vi ·

In illo tp̄e · Dixit iheſus turbis iudeorum Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum · Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die · Scriptum eſt in prophetis · Erūt omnes docibiles dei Omnis qui audiuit a patre ⁊ didicit venit ad me · Non qꝛ patrem vidit quiſquā niſi is qui eſt a deo · hic vidit patrē Amē amē dico vobis qui credit in me hꝫ vitā eternam· Ego ſum panis vite· pr̄es veſtri māducauerūt māna i deſerto et mortui ſūt· hic eſt panis de celo deſcendēs· vt ſi quis ex ipſo manducauerit non moriat̄· Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi· ſi quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternū· Et panis quē ego dabo caro mea eſt pro mūdi vita·

Poſtilla·

Nemo poteſt venire ad me· Jo· vi· Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt Anno xp̄i· xxxij· xviij· kal̄· maij· feria· iij· luna· xxiiij· indictione· v· In inicium illiꝰ euāgelij ſcribit ſcūs Jo· in eodem ca· ꝙ iudei murmurauerūt de illo verbo ꝙ xp̄s dixit· Ego ſum panis viuꝰ qui de celo deſcendi· ⁊ dicebāt· None hic eſt iheſus filius ioſeph cuiꝰ nos nouimꝰ patrem ⁊ matrem et ꝓpter hoc ergo dicit hic· q̄ꝛ de celo deſcēdi· Reſpōdit ergo iheſus ⁊ dixit eis· Nolite murmurare inuicē· Nemo poteſt venire ad me· Tho· ꝑ fidē credēdo ⁊ amādo· niſi pater meꝰ traxerit eum· i· adiuuet eum ꝑ grām ſuam· Notandum eſt ergo ſm̄ Tho· ꝙ pater oēs trahit· quia omnibꝰ offert grām· nō tamē omnes trahunt̄ vel veniūt ad xp̄m q̄ꝛ ⁊ ſi omnibꝰ offerat̄ grā· nō tamē eam omnes accipiunt· Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die· Ly· q̄ꝛ non eſt anima ad plenum beata donec fuerit corꝑi reunita· ſcriptum eſt in ꝓphetis· Erūt omnes docibiles dei· Tho· i· capaces diuine doctrine· Omnis qui audiuit a patre· ſcꝫ diuinas inſpirationes ꝑcipiēdo· ⁊ didicit· eas ſequēdo· venit ad me· ꝑ fidem formatam in p̄n̄ti ⁊ ꝑ glām in futura· nō q̄ꝛ patrem vidit quiſꝙ̄ niſi is qui eſt a deo· ſcꝫ filius q̄ naturaliter ꝓcedit a p̄re· Amē amē dico vobis· qui credit in me habet vitam eternam Tho· i· meipſum qui ſum vita eterna· Ego ſum panis vite q̄ꝛ ille eſt verꝰ panis qui poteſt ꝑ̄ſeruare a morte ⁊ dare vitam eternam talis panis ē xp̄s· Patres veſtri māducauerūt māna in deſerto ⁊ mortui ſunt· ꝑ· xl· annos· vt habet̄ Exo· xvi· Deu· viij· ⁊ mortui ſūt· omnes corꝑali morte· hic eſt panis d̄ celo deſcendēs· ꝑ incarnationem quem ꝑ̄figurabat māna· vt ſi q̄s ex ipſo māducauerit· ſcꝫ digne· non morietur· Tho· in p̄n̄ti ꝑ culpam ⁊ in futurō ꝑ eternam penam· ego ſum panis viuꝰ· i· viuificās comedētem· qui de celo deſcēdi· vt eſſem panis hominū qui eram panis angelorum· Si quis māducauerit ex hoc pane viuit in et̄num· Quia iſte panis in māducantē non cōuertit̄· ſed eum in ſe cōuertit· ſm̄ qđ dictū eſt bt̄ō auguſtino· Nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tue· ſed tu mutaberis i me· ⁊ panis quem ego dabo caro mea eſt· ipſa enim caro xp̄i ⁊ ipſe totus xp̄s ibi veraciter cōtinetur ſcđm deitatē corpus ⁊ animam

In octaua Penthecoſtes Euāgelium ſm̄ Joh· iij·

In illo tempore· Erat homo ex phariſeis Nicodemꝰ nomine: princeps iudeorum· hic venit ad iheſum nocte ⁊ d̄t ei· Rabi· Scimꝰ q̄ꝛ a deo veniſti magiſter· Nemo enim poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi deus fuerit cum illo· Rn̄dit iheſus ⁊ dixit ei· Amen amen dico tibi· Niſi quis renatꝰ fuerit denuo nō poteſt videre regnū dei· Dicit ad eum· Nicodemus· Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex· Nunquid poteſt in ventrem matris ſue iterato introire ⁊ renaſci· Reſpōdit iheſus: amen amen dico tibi· Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei· Quod natum eſt ex carne caro eſt. ⁊ qđ natum eſt ex ſpū: ſpiritꝰ eſt. Nō mireris: qꝛ dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spūs vbi vult ſpirat ⁊ vocem eius audis: ſꝫ neſcis vnde veniat: aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natꝰ eſt ex ſpū. Reſpōdit Nicodemꝰ ⁊ dixit ei. Quō poſſūt hec fieri. Reſpōdit iheſus ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrahel ⁊ hec ignoras. Amē amen dico tibi. qꝛ qđ ſcimus loquimur: ⁊ qđ vidimꝰ teſtamur: ⁊ teſtimonium noſtrum nō accipitis. Si terrena dixi vobꝭ ⁊ nō creditis: quō ſi dixero vobꝭ celeſtia credetis. Et nemo aſcēdit in celum niſi qui dſcēdit de celo: filiꝰ hominis qui eſt in celis. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet filium hominis. vt omnis qui credit in ipſū non pereat: ſed habeat vitā eternā.

Poſtilla

Erat homo ex phariſeis Nicodemus nomine. Joh. iij. Hiſtoria hꝰ euāgelij facta ē Anno xp̄i. xxxi. xvi. kal. maij. feria. iiij. idictiōe. iiij luna. v. Ante inicium illiꝰ euangelij ſcribit ſanctꝰ Johānes in p̄cedēti ca. Cum iheſus eſſet iheroſolimis ī paſca in die feſto multi crediderūt in nomine eius. vidētes ſigna eius que faciebat. Tūc poſtmodum ſequit̄ euāgelium hodiernum. Erat homo ex phariſeis Iſte enim fuit vnꝰ illorum de quibꝰ Joh. ij. dr̄. ꝙ multi crediderūt in iheſum vidētes ſigna q̄ faciebat: ſꝫ ꝓpter iudeos nō ↄfitebant̄. vt de ſinagoga non eijcerētur. ex phariſeis. Tho. hec ſecta erat ꝓbabilior ⁊ hōrabilior inter omnes ſectas iudeorum. Nicodemꝰ nomine. Ipſe enim poſtmodum ſepe iuit ad xp̄m. vt habet̄ Joh. xix. p̄nceps iudeorum. fuit em̄ magnus inter iudeos ⁊ honoratus. Hic venit ad iheſum nocte. timuit enim venire in die ne incurreret indignationem iudeorum qui iam conſpirauerunt. Johannis. nono. Vt ſi quis eum confiteretur chriſtum extra ſinagogam fieret. Et dixit ei Rabi. ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Lyra. id eſt certum eſt mihi. ꝙ tua doctrina eſt vera ⁊ a deo data. et non humanitus conficta. Nemo poteſt hec ſigna facere que tu facis. niſi deus fuerit cum eo. Reſpondit iheſus ⁊ dixit. Lyra. Hic ponitur criſti reſponſio quia videbat Nicodemū fideliter ⁊ veraciter querere doctrinam quantum ad ſecreta fidei. Et idō incepit a primo ſacramento. ſcilicet baptiſmi. qui eſt regeneratio ſpiritualis ⁊ per conſequens neceſſaria ad ſalutem. Amen amen dico tibi. niſi quis renatus fuerit denuo. id eſt iterum per generationem ſpiritualem. non poteſt videre regnum dei. Lyra. viſio enim dei non poteſt hominibus competere niſi per gratiam. ⁊ ꝓpter hanc gratiam ↄſequendam requiritur regeneratio ſpiritualis. ꝑ quam homines ſunt filij dei. ⁊ ꝑ conſequēs heredes vite celeſtis. dicit ad eum nicodemꝰ. quomodo poteſt hō naſci cum ſit ſenex nūquid poteſt in ventrem matris ſue iterato introire et renaſci. quaſi diceret. non. quia quantitas non permittit. Reſpondit iheſus. amen amen dico tibi. niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. quaſi diceret. Tu de carnali generatione intelligis que ego de ſpirituali generatione dico. Niſi quis renatus fuerit. ſpirituali generatione que fit. ex aqua ⁊ ſpiritu. non poteſt introire in regnum dei. Ex hoc habemus ꝙ baptiſmus eſt quedam ſpiritualis generatio. Et eſt primū ſacramentum ⁊ ianua omnium ſacramentorum ⁊ ſine eo nullus ſaluatur. Quod natum eſt ex carne.

ſm virtutē carnalis genēatiōis · caro eſt .i. ꝯſtituit̄ in vita carnali tātū · et qḋ natū eſt ex ſpū ſpūs eſt .i. conſtituit̄ in vita ſpūali · non mireris .i. nō debes admirari · qꝛ dixi tibi opoꝛtet vos naſci denuo · qꝛ nō loquoꝛ de gn̄atione carnali de q̃ tu arguis · ſed de ſpūali · Spūs vbi vult ſpirat · ſcꝫ dando grām cui vult · vt ad Ro · ix · Cui vult miſeret̄ ⁊ quem vult indurat · ⁊ vocem eius audis · ſcꝫ in p̄dicationibꝰ vtꝫ Mat · x · Nō enī vos eſtis qui loq̄mini · ſed ſpūs patris veſtri q̄ loquit̄ in voƀ · ⁊ neſcis vnde veniat ā quo vadat · vn̄ Aug̃ · ḋt ꝙ illa verba de ſpū ſcō intelligēda ſūt · q̄ in ꝓphetis ⁊ in ſcṗturis ſacris loquit̄ · ſed pncipium huiꝰ ſcripture ſcꝫ ſpūs ſci ⁊ eius finis ſcꝫ beatitudo celeſtis nobiſ occultat̄ ⁊ ſola fide tenet̄ · Sic ē oīs qui natꝰ eſt ex ſpū · ſcꝫ ſancto in vita ſpūali ꝯſtituit̄ · Reſpōdit nicodemꝰ et dixit ei quō pn̄t hec fieri · Glo · in hoc notat̄ diligentia in nicodemo · qꝛ nō ceſſauit q̄rere donec intelligeret · Reſpondit iheſus ⁊ dixit ei · Tu es magiſter in iſrl̄ ⁊ hec igooꝛas · Glo · q · d · te iudei magnū doctorem reputāt · ⁊ tn̄ ignoꝛas fidei inicia ⁊ viā ſalutis · Amen amē dico tibi · qꝛ qḋ ſcimus loq̄mur · ſcꝫ ego ⁊ mei apoſtoli · et qḋ vidimꝰ teſtamur ⁊ teſtimonium noſtꝝ non accipitis · ſic ꝓbatum et certum · Si terrena dixi voƀ · tho · de generatiōe baptiſmi q̄ fit in aqua et ſpū · ⁊ non creditis · quō ſi dixero vobis celeſtia credetis · ſcꝫ generationem eternā filij dei a patre ⁊ filio credetis · Et nemo aſcendit in celū .i. nēmo hꝫ virtutē illuc aſcēdēdi ꝓpria poteſtate · niſi qui deſcēdit de celo filiꝰ hominis qui eſt in celo · ꝑ pn̄tiam ⁊ immēſitatem diuinitatis · ergo quilibꝫ homo qui aſcēdit ⁊ ſaluat̄ aſcēdit ꝑ xp̄m · Et ſicut moyſes exaltauit ſerpētem · Hic xp̄s agit de ſua paſſiōe a q̄ virtutē habet baptiſmus · ⁊ oīa alia ſacramēta dicens : ſicut moyſes exaltauit ſerpētem · vt legit̄ Nume · xxi · ꝙ murmurātibꝰ iudeis cōtra deum ⁊ moyſē ⁊ dicētibꝰ Anima noſtra nauſeat ſuꝑ cibo iſto leuiſſimo immiſit dominꝰ ſerpētes ignitos qui eos int̄ficiebāt · Clamante autem moyſe ad dn̄m · iuſſit dominꝰ ſerpentē fieri eneum ⁊ affigi in palo vt aſpicientes in eum ꝑcuſſi a ſerpentibꝰ ſanarent̄ · hic ſerpens fuit figura paſſionis xp̄i · qꝛ ſerpens eneꝰ affixꝰ in palo fuit xp̄s inocēs affixꝰ in patibulo crucis · ad cuius aſpectum · ſcꝫ per fidem ⁊ amorē ſanat̄ in nobis venenū peccati ⁊ ignite cōcupiſcētie · Ita exaltari oportet filium hominis · tho · Hic oſtēdit modum ſue paſſionis · Voluit autē dn̄s noſter iheſus xp̄s illo modo mori ſcꝫ exaltatꝰ in cruce vt ſicut terram purgauerat ſua cōuerſione · Ita purgaret aerem ⁊ oīa celeſtia ſua paſſione et vt terrena cū celeſtibꝰ pacificaret Et ideo ſtetit q̄ſi mediꝰ inter celū ⁊ terram vtꝫ per ap̄lm dicentē · Pacificās per ſanguinē crucis eiꝰ · ſiue que ſūt in terris ſiue q̄ in celis ſūt · vt oīs qui credit in ipſum · ſcꝫ vera fide · nō ꝑeat · morſu ſerpentū .i. demonū infectiōe viciorꝝ ⁊ morte ſuppliciorꝝ · ſed habeat vitā eternam · hic i ſpe ⁊ poſtea in re · Circa pn̄s euāgeliū vbi dicit̄ · Niſi q̄s renatꝰ fuerit · Notandū ꝙ hug̃ · de prato di · ꝙ deꝰ a p̄ncipio mūdi vſq̃ modo cōtra pctm̄ originale tollēdum remedia ordinauit · Nā homo fecit morbū ⁊ deꝰ fecit remedium Primū remediū fuit ſacrificium ꝓ adultis Et inde ē ꝙ ātiq̄ p̄res dō ſacrificiū offerebāt · Si āt puuli moriebātur ante vſum liberi arbitrij · ſufficiebat eis fides parentum vt ſicut a parentibꝰ fuerat introductū peccatū ita ꝑ eoſdem deleret̄. Si autē in parētes puuloꝝ qui moriebant̄ nō erāt fideles. puuli nō ſanabant̄. Scḋm remedium fuit circūciſio tempore abrae. q꞉ deus mandauit abrae vt ipſe ⁊ poſteri eius debebāt circumcidi. Terciū remedium fuit baptiſmꝰ quem xp̄s inſtituit qui nō ſolum purgat peccatum originale ⁊ actuale: ſed eciā aperit celum qḋ circumciſio non fecit ⁊ hoc facit in virtute paſſionis xp̄i ⁊ in ſignum huius exiuit de latere xp̄i ſanguis ⁊ aqua.

In feſto corpis xp̄i Euangelium ſcḋm Joh. vi.

IN illo tempore. d. i. d. ſ. Et turbis iudeoꝝ. Caro mea vere eſt cibꝰ: ⁊ ſanguis meus vere eſt potꝰ. Qui māducat meā carnem: ⁊ bibit meū ſanguinem: in me manet ⁊ ego i eo. Sicut miſit me viuēs pater ⁊ ego viuo ꝓpter patrem Et qui māducat me ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis qui de celo deſcendit. Nō ſicut māducauerūt pr̄es veſtri māna in deſerto ⁊ mortui ſūt Qui māducat hūc panē viuet i eternum.

Poſtilla

CAro mea vere eſt cibus. ⁊ ſanguis ⁊ c̄. Jo. vi. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta ē Anno xp̄i. xxxij. xviij kal̄. maij. feria. iij. indictōe. v. luna xxiij. Ante inicium illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Jo. in eodem ca. ꝙ xp̄s dixit turbis iudeoꝝ Amen amē dico vobis niſi māducaueritis carnē filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem nō habebitis vitam in vob̄ Tūc poſtmodum ſequit̄ euāgelium hodiernum. Caro mea vere eſt cibꝰ Hic xp̄s loq̄tur de ſacramēto eukariſtie. i quo ſacramēto ꝯtinet̄ vera caro xp̄i crucifixi in cruce. ⁊ ſanguis eius effuſus in paſſione dicēs. Caro mea vere eſt cibꝰ. ⁊ ſanguis meꝰ vere eſt potꝰ. Ly. Caro enim xp̄i ⁊ ſanguis xp̄i reficiūt animam q̄ immortalis eſt Cibꝰ autē corporalis reficit tātum corpꝰ. quod eſt corruptibile Vnde aug̃. Cum in cibo ⁊ potu homines id appetāt vt omnino nō eſuriāt neq̧ ſitiāt hoc veraciter nō p̄ſtat niſi iſte cibꝰ ⁊ potꝰ qui eos a quibꝰ ſumit̄ immortales ⁊ incorruptibiles reddit. ⁊ facit ſocios ſanctorum vbi pax erit ⁊ vnitas. qui māducat meam carnem. ſpūali manducatione. ⁊ bibit meum ſanguinem. per dilectionem. in me manet ⁊ ego in eo. Tho. In iam dictis verbis dat xp̄s intelligere differētiaȝ iſtius cibi ad alios carnales cibos Alij enim cibi cōuertūtur in māducātem Iſte cibꝰ manducātem in ſe cōuertit vt dictū eſt ſancto Aug̃. Nō tu me mutabis i te ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutaberis in me. Sicut miſit me viuēs pater. Tho. i. hominem fecit. ſic ego viuo ꝓpter patrem. referēdo totam vitam meam ad ipſum. Et qui manducat me. ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. q꞉ vnimur deo ꝑ fidem ⁊ dilectionem ꝑceptiōe ſacr̄mēti. Hic ē panis q̄ de celo deſcendit. i. de ſinu pr̄is Anſel. Vt panē angeloꝝ māducaret hō. rex angeloꝝ factus ē hō. Non ſicut māducauerūt pr̄es vr̄i māna in deſerto ⁊ mortui ſūt Ly. Et idō nō fuit vere cibꝰ celeſtis: ſ; tm̄ figura eiꝰ q꞉ vitā ſpūalē nō ꝯferebat: ſ; eandē dari i hoc ſacramēto p̄figurabat Sicut em̄ māna de nouis ⁊ gr̄is dabat oim ciboꝝ delectamentū Qualis aūt erat inſipidū. ſicut dr̄ Nume. xxi. Aia nr̄a nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Sic eukariſtia digne ſumētibꝰ eſt vite ſpūal̄ ſolaciū. ⁊ indigne ſumētibꝰ iudiciū. Qui manducat hūc panē Ly. digne. viuit i eternū Vnde aug̃. Qui ex nobis vitā eternam habē nō poſſumꝰ. panē celi māducare dēmꝰ vt viuamꝰ. vn̄ Remi.

Cum omnis ſalꝰ corporis ⁊ aīe eſt in corporis ⁊ ſanguinis ſuſceptione. honoremus xp̄m in hoc ſacramento. vt mediāte hoc ſacratiſſimo ſacramēto ad eternam ſalutem peruenire mereamur. Vnde circa pn̄s euāgelium vbi dicit̄. Qui māducat hūc panem. Notādum ꝙ panis ⁊ vinum inter cōſueta nutrimēta maxime corpꝰ nutriūt ⁊ ſuſtentāt. Inſtituit ergo dominꝰ iheſus xp̄s ſub his ſpeciebꝰ vt intelligeremꝰ per hoc ꝙ ſicut panis ⁊ vinū maxime nutriunt corpꝰ ⁊ ſuſtentāt. Sic cōtentum ſub iſtis ſpeciebꝰ maxime ſuſtētat. nutrit ⁊ reficit aīam. Hoc enim ſacramētum digne ſumptum inter omnia alia ſacramēta plꝰ efficit ⁊ auget caritatem. ⁊ cōſequēter omnes v̓tutes. ⁊ maxime valet ad dimiſſionem omniū peccatoꝝ ⁊c̄. Vnde eciam magiſter ſentētiarū. li. iiij. di. ix. dicit ꝙ ſub huiuſ̄di ſpeciebꝰ panis ⁊ vini poſt cōſecrationem ſūt omnia q̄ ſunt in xp̄o in ſua exn̄tia naturali. Quia ibi ē puriſſima caro xp̄i ſiue corpꝰ eius. qđ fabricāte ſpū ſcō tractum fuit de ſuperbn̄dicto vtero virginis glorioſe ⁊ qđ nunc glorificatum eſt in celo. Secundo qꝛ caro xp̄i nō viuit ſine ſanguine. ideo eſt eciaꝫ ibi ſanguis iſte p̄cioſus q̄ emanauit abūdāter per multiplicia vulnera domini iheſu xp̄i. Tercio qꝛ nō eſt verꝰ homo ſine anima racionali ꝓpter qđ eciam eſt ibi anima xp̄i. cui datꝰ eſt ſpūs ſanctꝰ non ad mēſuram. Quarto qꝛ xp̄s eſt verꝰ deus ideo ꝯn̄ter eſt ibi ꝑſona filij dei ſue humanitati vnita. in vnitate ſuppoſiti. Et ſicut hec q̄tuor ſūt ꝙ quilibet eorum veraciter ſub ſpecie panis. Ita ⁊ omnia ſimul et q̄libꝫ in calice ſub ſpecie vini cōtinet̄. Nec plꝰ ſub ſpecie panis q̄ꝫ in calice ſub ſpecie vini cōtinet̄. aut ecōuerſo. ſed idem per omnia ⁊ eodē modo ⁊c̄. Item notādum ꝙ xp̄iani non adorāt in hoc ſacramēto panem. Cū ex fide ſciunt illum ibi nō eſſe. ſed ſb̄ſtancialiter verſum in xp̄i verum corpus. Nec adorāt ſpecies ſacramētales vt deum ⁊ accidētia q̄ remāſerūt ſed adorāt xp̄m dn̄m verum deum ⁊ hominem ſub iſtis ſpeciebꝰ inuiſibiliter exiſtētem ⁊ realiter preſentem. Sic ſimiliter ī calice poſt ꝯſecrationē nō adorant vinū. cum nō ſit ibi. ſed eſt ſubſtātialiter v̓ſum in ſanguineꝫ xp̄i. Nec adorāt ſpēs vini vt deum. ſed adorāt xp̄m dn̄m verum deum ⁊ hoīem ſub iſtis ſpeciebꝰ ſic inuiſibiliter exiſtentē ⁊ realiter pn̄tem. Item notādum ꝙ nō debet quiſq̄ꝫ credere ꝙ in diuiſiōe hoſtie diuidat̄ ⁊ laceretur corpꝰ xp̄i. Aut ꝙ in hoſtie ſumptione. corpus xp̄i ꝯterat̄ dentibꝰ Aut ꝙ corpꝰ xp̄i digerat̄ ⁊ in corpꝰ ſumētis ꝯuertat̄ ſicut alij cibi ſed ſole ſpecies frāgunt̄ ⁊ atterūtur quibꝰ ꝯſūptis deſinit ibi eſſe corpus xp̄i. ⁊ remanet in aīa ſolꝰ ſacramēti affectꝰ. qui eſt aīe refectio ꝑ augmētum gratie et virtutū. Vnde eciā Dama. dr̄. Dū ſpēs ſentit̄ ſacramētum eſt. dum autem deſinit ſentire ſacramētum non eſt ⁊c̄. Itē ſcienduꝫ ꝙ tota ecclia catholica iſto ſac̄mēto refic̄. vn̄ Gre. Offert̄ eīn ꝓ gl'a btōꝝ. ꝓ ſalute viuoꝝ. ⁊ ꝓ ſubita liberatōe ī purgatorio detētoꝝ. Ad qđ deſignādū hoſtia frāgit̄ in tres ꝑtes. ⁊ xp̄s itegl̄r ē ī q̄libꝫ Vn̄ de hoc dr̄ in decretis In q̄libet ꝑte hoſtie totꝰ ⁊ integer ē xp̄s deꝰ. xvi. q. ij. Singuli. Vn̄ eciā Gre. papa. Particula ī calice miſſa ſignificat btōs in patria. qui vino eterne dulcedinis inebriant̄. Alie vero due particule q̄ dentibus atterūtur ſignificāt illos qui vel in pn̄ti vita. vel eciam in purgatorio ī penis trāſitorijs affliguntur.

¶ Dominica pͥma poſt octauas Penthe· Euā· ſm Lucam· xvi·

IN illo tēpore dixit ihesus turbis iudeorum ⁊ phariſeorū· Homo quidam erāt diues ⁊ induebatᷣ purpura ⁊ biſſo: ⁊ epulabatᷣ quotidie ſplēdide· Et erāt quidā mēdicꝰ nomīᵉ Lazarꝰ: qui iacebat ad ianuam eius vlceribꝰ plenus: ⁊ cupiēs ſaturari ƌ micis que cadebāt de mēſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat· Sꝫ et canes veniebāt ⁊ lingebāt vlcera eius· Factum eſt autem vt moreretᷣ mendicꝰ: ⁊ portaretᷣ ab angelis in ſinum abrahe· Mortuꝰ autem eſt ⁊ diues ⁊ ſepultꝰ eſt in inferno· Eleuās autem oculos ſuos: cum eſſet in tormētis: vidit abraham a lōge ⁊ laſarum in ſinu eius· ⁊ ipſe clamās dixit pater abraham miſerere mei: ⁊ mitte laſarum: vt īingat extremū digiti ſui in aquam vt refrigeret linguā meam: qꝛ crucior in hac flamma· Et dixit illi abraham· Fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita tua: ⁊ laſarꝰ ſimiliter mala· Nūc autem hic cōſolatᷣ tu vero cruciaris· Et in his omnibꝰ inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatum eſt vt hij qui volūt hinc trāſire ad vos nō poſſunt: neqꝫ inde huc trāſmeare· Et ait· Rogo ergo te pater vt mittas in domum patris mei Habeo enim quinqꝫ frēs vt teſtetᷣ illis ne ⁊ ipſi veniāt in hūc locum tormentorū· Et ait illi abraham: habēt moyſen ⁊ ꝓphetas audiant illos· At ille dixit· Nō pater abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: penitētiam agēt· Ait autem illi ſi moyſen ⁊ prophetas nō audiunt neqꝫ ſi qͥs ex mortuis reſurrexit credēt

Poſtilla

Homo quidam erat diues ⁊c̄· Luce· xvi· Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt Anno xp̄i· xxxij· v· kal'· octobris· dominica inditione· quinta· luna· xiij· Ante inicium preſentis euangelij ſcribit ſanctꝰ Lucas in eodem ca· ꝙ chriſtꝰ dixit qui fidelis eſt in minimo· ⁊ in maiori fidelis eſt· Et qui in modico iniquꝰ eſt· ⁊ in maiori iniquꝰ eſt. Non poteſtis deo ſeruire et mām̄one· Audiebant autem omnia hec phariſei· qui erāt auari ⁊ deridebant eum· Et ait illis· vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibꝰ Deꝰ autem nouit corda veſtra· quia quod hominibus altum eſt· abominatio eſt apud deum· Tunc poſtmodū ſequitur euāgelium hodiernum· Homo quidam erat diues· Vuilhelmꝰ hoc euāgelium dictum eſt cōtra phariſeos auaros irridentes dominū exhortātem ad largitionem elemoſinarum· Et deſcribit hic chriſtꝰ duos homines· vnum diuitem ⁊ alterū pauperem· homo quidam Gloſa· diues ignotꝰ fuit ante deum· ideo nomine non deſignatur· erat diues· Ly· ecce ſuperfluitas in cenſu· qui induebatur purpura ⁊ biſſo· ecce exceſſus ī veſtitu· Beda dicit ꝙ biſſus eſt genꝰ candidiſſimi ⁊ nobiliſſimi lini· qui tantū naſcitur in egipto· Lino igitur vtebatur interius ad carnem ꝓpter mollitiem purpura exterius propter inanem gloriam· ⁊ erat quidam mendicus nomine laſarus· Ly· exprimitur autem eius nomen quia erat cognitus deo per approbationem· Non fuit iſte laſarꝰ frater magdalene ⁊ marthe ſed fuit alius laſarus qui diu vixit āte chriſtum· qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus· Ly· vt ex vicinitate magis apparēt duricia diuitis· ⁊ probaretur patientia pauperis· cupiens ſaturari de micis· Ly· non dicit precioſis· que cadebant de menſa diuitis· In quo apparet maxima duricia diuitis· eo ꝙ ꝑire ꝑmittebatᷣ vnde pauꝑ poterat ſubleuari·

